Honorari appetens debet alios ho
norare·ibidem·
Honorē conferre inſipientibus eſt
ſubuertere vitā reipublice·4·7·a
Honoribus intumeſcūt moderni/
neſcientes honoris gradꝰ·6·14·a
Honorē īpendebāt iuuenes roma
ni ſenioribus·8·8·k·l
Honor et dominiū eſt deo attribuē
dum·8·22·b
De hortanſij curioſitate / ꝟ a quo
dicūtur hortanſiani·8·12·q·r
Hoſpes honeſtus non eiciendus·
inhoneſtꝰ ciatur ſine nota·8·9·e
De hoſpitalitatis recōmendatione
⁊ eiꝰ forma·8·13·m·o
Hoſpites qualiter ſunt tractandi·
ibidem·p·q
Hoſpitibus quāta ſit referenda gra
tia·ibidem·q·r
Hoſpitalitatis vrbanitatē expreſ
ſit beatus benedictus in regula·ibi
dem·ſ
Ab hoſpitalitatis ciuilitate eſt alie
nū carnes hoſpitibus non dare nec
propt' eos aliquid emere·ibidē·ſ·t
Et ad hoc cōtra ciſtercienſes·ibidē·
Humilitas nō p̄t modo cōmendari
principibus·Et cauſam quare·9·
7·e·
Sine humilitate/diſcretione/et ca
ritate/non ſubſiſtit p̄ncipatꝰ·9·7·f
Humilibus reuelat deus intelligē
tiā veritatis·7·13·a·b·

Humilitas in addiſcēdo in quo con ſiſtit·ibidem·v·
Humili obedientia mādatoꝝ ⁊ fa cilius ⁊ citiꝰ innoteſcūt ſciēda/ꝙ diſ putatione verboſa·8·17·⁊·
Humilitate redeūdꝫ eſt ad patriā/ſi cut elatione diſcedebatur ab ea·8· 24·h·
Humanꝰ patū eſt quē iactura alteri us nō ꝯcutie·3·in ꝓlo·
Humanitas/ vbi benignitas ⁊ cle mentia·

IAcob viguit in querēdi ſtu dio cū vidit āgelos ⁊c·7· 9·e·f·
Jacobꝰ frater dn̄i ep̄s Iheroſolimo rū quomodo inducebat iudeos ad penitētiam·2·9·b·
Janua ⁊ ianitoꝛ domꝰ liberalis/de quo ſuīte debet·8·9·c·
Jheronimꝰ qualiť repꝛehēſus fuiť de hoc ꝙ ſtudebat libꝛos ciceronis 2·17·h·
Jheronimꝰ rep̄hēdiť de ip̄ꝛopꝛia locutioē cū dicit ꝙ deꝰnon p̄t virgi nem repare poſt ruinā·2·22·vltra col·circa mediū·
Jheroſolimitanū exadiū tēpe titi ⁊ veſpaſiani·2·4·
Jeiuniū nō eſt/ſꝫ potiꝰ crapula/tm̄ vna vice comedere q̄ꝙ̄tū ſequēti die ſufficiat digerere·8·6·c·
Jgnis duplex natura·1·13·n·
Jgnis viſus eſt deſcēdere in ortu a lexādꝛi ⁊ octauiani/qđ fuit p̄ſagiū futuroꝝ·ibidem
Jgnis q̄liť diuerſimode ſe habeat in diuerſis·4·3·g·
Jgnoꝛātia eoꝝ q̄ ſūt fidei non excu ſat·3·1·f·
Jgnoꝛātia ⁊ viciū ſaluti publice ſūt contraria·ibidem·g·
Jgnoꝛātia mr̄ eſt vicij·ibidē
Jgnoꝛās ſeip̄ꝫ nichil vtiliter nouit 3·2·c·
Jlluſiatioēs q̄bꝰ appꝫet hoībꝰ de noc te ſe ēē i ꝯuētu lamiaꝝ imittūtur a demonibꝰ Et q̄liť ceſſāt·2·27·l·
Jmaginationis qđ ſit officiū
Jmagiēs factas ꝑ ꝯſtellatioēs poſ ſe dare rn̄ſa/ credere vel tenē erroꝛ/ ⁊ ſpēs ydolatrie vti talibꝰ·2·19·n
Jmago dei tatꝪ ē p̄ncepo ſiō venerā dus ⁊ colendꝰ·8·17·b·
Jmaginarij qui ſint·⁊ q̄ ſint ydola tre·1·12·d·
Jmago tremēs viſa a gayo ceſare q̄d ſignificabat·2·14·g·
Jmago quā dixerat faber nō defice re donec virgo pareret/ deficit xp̄o nato ibidem·
Quod imitari nō p̄t·ſcrēdū·nō ciil pandū·8·19·p·
Jmperiū diuinū vbi dilatatur/huā nū nō ꝯtrahitur·2·14·h·
Jmpioꝝ pꝛomotio/grauioꝛis ruine eſt pꝛepatio·3·23·o·
Jmpetrātes p̄uilegia exemptioēs ⁊ imuitates a decimis ⁊ a iuriſdic tione oꝛdinarioꝝ/ q̄liter potētibus diuinā grām pollicentur·⁊ claues ecc̄ie ſibi vſurpāt·7·20·9·
Jncātatoꝛes q̄ ſint·1·12·a·
Jncolumitas vite ſalꝰ vniuerſalis ⁊ publica·3·1·a·
Jncolumitas vera et ſola eſt agniti o veritatꝪ/⁊ cultꝰ virtutꝪ·3·1·e·g·

Infinita vero sunt ꝛ ab inicio fue
rũt· nec potest augeri nec minui nu
merus veroꝝ·2·21·k
Infidelib9 multa apparebãt turpia
et luxuriosa q̄ seculo nostro placẽt et
magnifica appellãtur·8·7·s·
Ingenia nobilia nõ occupãda circa
minora vel vilia·1·3·b·
Ingeniũ captiuare ī opinionib9 ma
gistri sui nõ expedit scolarib9 Et sic
facere arrogãtiã parit ꝟ īpedit sciẽ
tie acquisitionem·7·9·a·
Ingeio ꝛ memorie nõ ꝯfidẽdũ/ nisi
assit gracia dei·7·17·b·c·
Inimicas sũt tegẽda aduersa ꝛ inctõ
modo ꝟ causa quare·8·10·d·
Iniuriã ferende veterem/ inuitas no
uam·8·19·p·
Iniusticia q̃d est·ꝛ quid iusticia scdꝫ
stoycos·9·12·b·c·
Innocẽtia simulata duplex malicia
est·4·4·
Innocẽtia q̃r liberã ꝛ securã sit 8·19·n
Inobediẽtia q̃tum malũ sit Et de
bono obediẽtie·2·27·h·
Inopẽ esse constat qui debitũ soluit
noui gracia debitoris·7·19·a·
Insidie periculose q̄ officio exequen
di parãtur·3·6·d·
Insidie quãdoqꝫ ꝯsiliȷ̄ diuini dispen
satione ꝯcedũtur·8·20·
Instrumẽtoꝝ ratio· ꝟ q̄ noīe instru
mentoꝝ īportãtur·4·19·a·
Insompniũ quid sit/ et vnde causa
tur·2·14·a·
Intellcũ ꝯdescribãt̃ opatiões 2·18·e
De itellcũs abstctioẽ ibidꝫ diffuse·
Intellcũs nr̃ q̄lit̃ ꝯueniat cũ itellcũ
diuino et quomodo differat·2·21·
f·g
Intẽperãtes habẽt venã īgeniȷ̄ sopi
tam· nõ oĩo extinctã exẽplũ de pa
lemio·8·9·f·
Interrogare debem9 ab aliȷ̄s q̄ cre
dimus eos scire/ nõ que ignorant·
8·10·n·
Intẽtio seu ꝓpositũ colorat op9·14
q·parte 2·b
Inuidi vt noceãt faciũt de nõ causa
causam ibidẽ·f·
Inuidia nichil miseri9·ꝛ q̃r opponi
tur caritati Et q̃d sit iuidia·7·23·
c·d·
Inuidia nichil iustius q̄ auctorẽ suũ
cruciat ibidꝫ·c·
Inuidie flãmã nulla vis bñficiȷ̄ vel
nature restringit ibidẽ
Inuidia ī ioseph duxit isrl̃ ī egiptũ
seruitutẽ ibidẽ·g·
Inuidiã in ioseph ꝯmissã multi mi
rantur ibidẽ
Inuidia ꝑ solã miseriã caritat̃ ibidꝫ
Inuidere ꝛ detrahere nõ est op9 phĩ
nec principis·7·23·k·
Inuidie ꝓles est detractio q̄ carita
tem abesse maĩfeste testat̃ ibidꝫ·k·
Inuidia ī curiȷ̄s et conuẽtib9 maxi
me regnat ibidẽ·n·
Inuidia maxime rodũtur clarioẽs
meritis ibidẽ
Iob regnandi formã debitã tenuit
et docuit·4·6·f·g·
Ioseph a deo non ab arte humana
habuit sompnioꝝ interp̄tationem
2·17·d·
De iouis natura et conditione·2·
19·e·
Ypocrite detestatur vicia ꝟ simulãt
sãctitatem vt surripiãt dignitates
et honores·7·20·s·t·

Ipocrite qualiter ſub habitu religio
nis pncipes decipiũt. ibidem
Ipocrite ſimiles cypacius miſerio
res ſũt cũctis gẽtib9 Et q̃ xp̃s nũ
q̃ voluit habere pacem cũ talibus.
ibidem. a. m.
Ipocrite torquẽt cũ mũdo ꝛ in eter
nũ cũ dyabolo. 7. 21. a.
Ipocrite oſtẽtãtes ꝟtutes ſuas in cõ
fuſionẽ deueniũt exẽplo ezechie ꝛc̃
q̃ oſtendit bona ſua. ibidẽ
Ipocritas aſpernatur de9 ꝛ vnde
dicantur. ibidẽ in fine
Ipocritaꝝ miſer finis. 7. 22. n.
Ira impedit veritatis inq̃ſitionem.
7. 7. b.
Ire que ſũt ſigna in hoĩe. 9. 8. k. l.
Iracũdia cui9 attẽditur in cõuiuijs
Ideo tũc cauti9 eſt vtẽdũ ſcomate
ꝛc̃. 7. 24. o.
Iude inutilis ꝯfeſſio. 2. 27. l. m.
Iudei qualit̃ puniti ſũt ꝓ nece xp̃i
poſt xl. ãnos. 2. 4.
Iudei q̃ obſtinati fuerũt q̃ per aliq̃
ſigna nõ poterãt ad pniam adduci.
2. 9.
Iudeoꝝ interemptoꝝ in excidio vr
bis iheroſolimis numer9 / ꝛ de mor
tis eoꝝ varietate. 2. 7. a.
Iudei q̃ iuſte paſſi ſunt hec tormen
ta. 2. 9. a.
Iudee reges aliq̃ boni aliqui mali
2. 27. a. k.
Iudiciũ differẽdũ ꝓpter cauſe pieta
tem. 9. 11. h. i.
Iudicãdũ nõ eſt ſine cauſe cognitio
ne. 4. 6. l.
Iudiciũ q̃lit̃ debeat ordinari. 4. 13.
Iudices q̃les debẽt ẽe / ꝛ q̃ miſeꝝ ẽ
eos eſſe ignaros ꝛ iances bone vo
luntatis. 4. 10. d. e.
Iudex nõ debꝫ iuſticiã vẽdere / nec ꝓ
morte a iuſticia declinare. 4. 11. e.
Iudices ſũt famuli iuſticie. ibidẽ. g.
Iudices ſũt ſacramento legib9 alli
gati. 4. 12. a.
Iudex debet eſſe exut9 ira / odio \ me
tu / amicicia / ꝛ affcũ / q2 hec ꝑuertũt
iudiciũ. 4. 12. a. b.
Iudex ꝑmittitur dare dilationẽ ami
cicie cauſa / ſed raro. ibidẽ
Iudices nõ debent ferre iudicia feſti
nata Et dubia debẽt differre in lõ
gum. ibidẽ. b. c. ꝛc̃
Iudicẽ nõ debet terrere auctoritas
litigantiũ. ibidẽ. c.
Iudicis eſtimatione op9 eſt in feren
da ſentẽtia. 4. 19. d.
Iudex debet ꝯpellere ad teſtimoniũ
ferendũ inuitos exceptis de iure ex
cipiendis. ibidem
Iudex qualem debet ſe oſtendere ĩ
iudicio. 4. 14.
Iudex munera nõ debꝫ accipe max
ime ab hijs quoꝝ lis pẽdet. ibidẽ
Iudices accipiẽtes munera / vel alia
q̃ ſibi ex officio nõ debẽt q̃lit̃ puni
untur a iure. 4. 16. a. b.
Iudices moderni cõcuſſores ſũt po
cius q̃ iudices. ibidem
Iudex q̃ iuſt9 fuerit ſamuel. ibidem
In iudicis domo debet eſſe iuge ſa
crificium Et q̃ debet eſſe templum
dei. 4. 16. f.
Iudices eccleſiaſtici quot habẽt frau
dulentias. ibidem. i.
Iudices hodie credũt corrupti q̃ no
lũt corrũpi. 4. 17. p.
Iuliani apoſtate turpis finis. 8.
21. e. f.

Juli9 ceſar ſupſtitiões carmĩatiões
et nugas aniles abhorrebat·2·1·d·
Julius vicitur lenocinijs cleopatre
3·10·b·
Julij ceſaris paciencia ⁊ multiplex
probitas·9·3·k·
Julij eiuſdem recomendatio·4·8·b
Jtē·6·19·b·
Juliū ceſarē ſtudioſū oſtendit inuen
tio biſſexti·4·5·e
Juſticia ⁊ clementia ⁊ miſericordia
temperāda·9·8·g·
Juſticia ⁊ miſericordia principatus
ſubſiſtūt Jbidem·
Juſticia ſine miſericordia non profi
cit/nec ecōtra Jbidē·
Juſticiā vendere īiquitas eſt·iniuſti
ciam iniqua īſania·4·11·f·
Juſticiā facere iniuriā pacietibus nō
differēdum·4·8·e·
Juſticiā ⁊ pecuniā ſimul ſequi impoſ
ſibile·4·9·i·
Juſticiam vendētes ſunt ſimiles ba
laan·4·11·g·
Juſticiā ſolus ille vēdit qui non ha
bet Jbidē·
Juſticiam vendens vendit animam
ſuam Jbidē·
Juſticie occaſū in pſidentib9 et eoꝝ
officialib9 plāgentes ⁊ eorū malici
as arguentes qualiter male tractā
tur a miniſtris eorū·6·1·h·i·
Juſticia non corrūpenda acceptione
munerum·6·23·k·
Juſticia ſup oēs virtutes clareſcit·
Et quod nō eſt iuſtū non expedit·
8·19·g·h·
Juſticie ſi aduerſetur prudētia/non
prudētia ſʒ calliditas erit·5·19·h·
Juſticie rigor q̄ diſtricte ſeruabatur
antiquitꝰ Jbidē
Juſticia ⁊ equitas ante oīa ſeruāda
8·24·m·n·
Juramentū calūpnie a litigātibus
preſtandū·4·13·a·
Juramentum calūpnie preſtare vel
facere recuſantes decidūt a cauſa J
bidē·b·
Juuenes romani qualiter veuereba
tur ſenib9 Et qualiter diſponeban
tur ad cultū virtutis·8·8·k·l·
Juuenū audacia reprimenda·8·19·l·
Que in iuuētute diſcūtur meli9 et
perfecti9 imbuūtur·6·9·b·

Labor tollit generationem
6·12·d·
Sine labore non acq̄ritur
ſapientia·A·13·o·
Per labores multos itur ad volup
tates·A·14·c·
Sine labore nō agit homo niſi ma
lum·3·29·c·
Laborare pro nūmis nichil infelici
us·1·4·e·
Largitiones imoderatas rapine ſe
quuntur·8·2·k·
Largitiones tales nō ꝯparant fide
les amicos ſʒ corrūpunt Jbidē
Laſciuia qualiter arcebatur āttiqui
tus a ciuitatibus·8·2·g·
Latera principū qui ſunt ⁊ quales
4·10·p totum
Ad laudādum deū non vocibus hu
manis vtendū eſt tantū/ſʒ eciā mu
ſicis inſtrumētis·1·6·f·
Laus virtutis in ope non in verbo
conſiſtit·4·6·i·

Laus de proprio que ſit. et q̄ de ali
eno. Et ꝙ prima eſt vera et appeti
bilis. ſcd̄a vana ⁊ fugibilis teſtimo
nio apulei. 6. 2 A. a.
Laudis contēptor rarus. Et vn̄ lau
dis materia trahitur. 8. 2. a.
Laus a bonis animis vera ⁊ perfec
ta/ſi ei firmiter inheſerit. ibidē. b.
Laus a corpe verſimil' nō pfcā. a
bonis fortune nec vā n͛ pfcā. ibid̄.
Non tam ad laudē ꝙ vituperiū ſūt
prona bona fortune. ibidem.
Laus vel vituperiū ſepe trahitur ab
arbitrio audientiū. Ideo attendēdū
corā q̄bus h̄ fiat. 8. 2. c.
Laudantur diuerſa a diūſis. laudat
eni vnuſq̄ſq3 qđ expedit ei. ibidem
Laudem a virtute querere eſt recte
ſapere. aliūde deſipere. 8. 2. d.
Laudem popularē maxime meretur
liberalitas. ⁊ magnanimitas ⁊ ſup
oīa liberalitas. ibidem. d.
Laudē a fauore populi querere/ꝙ fa
tuū et inane. 8. 3. a.
Laus ⁊ fauor humanus faciliter bo
nis acquiritur ſed virtutis opib9 ac
quiſita dignior et ſplendidior viro
forti et claro. 8. 9. a.
Laudis vero fructū nō aſſequi teme
ritate preſumptū. 8. 9. f.
Laudis et glorie appetitū non ſolū
nō viciū reputabāt romani/pmo ꝑ
ꝟtute attollebant. ⁊ expedire reipu
blice aſtruebant. 8. 4. c. e.
Laus bonoꝝ appetenda/maloꝝ de
teſtanda. 8. 19. b.
In laudib9 hoim non delectatur vir
tuoſus. ibidem. e.
Laudare ſe nec vituperarē nullus de
bet. ibidē. l.

Laudabilem non faciūt hominem/
clarus ſāguis nec cetera dona natu
re vl' fortune/ſed virtutes. 8. 14. a
Laudanda et expetenda valitudo/ge
nerofitas/copia rerum ⁊c̄ tanꝙ in
ſtrā virtutis. 8. 14. e.
Ledoria quid ſit ⁊ qualiter differt
a ſoliditate. A. 14. n. o.
Ledorijs qn̄ ſit vtendum ⁊ qn̄ non
8. 10. q.
Legati aliqui qualiter mundū con
turbāt. Et de eoꝝ malicia. 4. 16. l.
Legati mali ſt̄ bonoꝝ mallei. ibid̄
Legenda qualiter ſunt que prodeſſe
poterūt. vel obeſſe. A. 9. f.
Legere multa ⁊ eligere meliora vti
le ad phīam aſpiranti. ibidē. g.
Lectione ſn̄ gracia dei nō fit homo
ſapiens. ibidē. f.
In lectione quid debet homo maxīe
q̄rere. A. 10. d.
Legēda nō ſūt oīa ab omnib9/ſed
ꝓ varietate intellectuū. ibidē. g.
Legūtur libri catholici tuti9 et cau
tius. gentiliū piculoſius. In vtriſ3
tamen ingenia fidelia poterūt vtili
ter exerceri. ibidē. g.
Legēdo diūſa debem9 electa ꝯūtere ī
vſū virtutiꝭ ad inſtar apū ⁊ nature.
A. 10. h.
Legendi ſunt aliter libri diuini. ali
ter libri gētiliū. A. 2. r.
A legēdi ſtudo tpare/ eſt vicijs in
dulgere. A. 13. o.
Lenocinia cleopatre per auguſtum
fracta. 3. 10. b. c.
Lenocinijs cleopatre vincit iuli9 et
anthonius ibidem. b.
Lenones ſūt ꝓpās vxores ꝓſtituen
tes. 3. 13. h.

Leonis pietas in ſandronico et andronico·4·7·f·g·

Leporis auſpicia·1·13·k·

Lex eſt equitatis interpres ⁊ q̄d ſit lex·9·2·a·

Legi debēt oēs ēē ſubiecti·ibidē b·

Legi obtēꝑari monebātur olim dāpnati·9·2·e·

Leges ligurgi q̄ꝫ ſalubres·9·3·g·

Leges iaᷓnes q̄ nō iniſtūt diuine legi·9·6·b·

Legem dei ⁊ ciꝰ miſtros in quāta reuerētia habuerūt cōſtantinꝰ/theodoricus/iuſtinianꝰ/⁊ leo·9·6·e·

Lex nō habēda in mātica/ſꝫ in aīa·ibidē h·

Legem exponens/nō legē ad ſenſū ſuū ſꝫ mentē ſuā ad ſenſū legis debet retorquere·9·7·a·

Lex ātiqua ꝑmittebat tꝑalia/ſꝫ ex cōſequēti eterna·9·11·a·

De legibꝰ ſūptuarijs ⁊ abarijs veterū ad intēꝑantiā coercendā Et de differētia eaꝝ·8·7·a·b·

Leges bone ex malis moꝛibꝰ ꝓcreantur·8·7·a·

Leges de intēꝑantia refrenāda nullo abrogāte irrite facte ſūt·8·7·d·

Legem ſūptuariā tradidit aplūs ⁊ q̄ ſit illa·8·8·o·

Lex dnī quid eſt·8·17·b·

Lex impugnatur aūt violentia leonina/aut dolo draconino·8·17·b·

Libeālitate maxime acq̄ritur fama 8·2·d·e·f·

Liberales nō ſūt ſed pꝛodigi/effundētes diuicias exceſſiue maxime mimis ⁊c̄·8·2·d·h·

Liberalitate q̄ in domo ↄſiſtit nichil glorioſiꝰ·8·9·b· exemplo q̄nti conſidij ⁊ gillie agrigētini·ibidē·d·

Liberalitatis effectꝰ in alimētis et cōuiuijs maxime cōmēdat̄·8·6·g·

Liberalitas laudabilioꝛ que ſit dare paupibꝰ·8·13·l·m·

Liberalitas modernoꝝ in quibus eſtimatur exiſtere ibidē·k·l·

Liberalitas vtꝰ gratiſſiā·8·14·e·

De libeālitate/caritate/⁊ humanitate in hoſpites·8·13·n·o·

Libertas nulla vbi adulatio dominatur·3·10·

Libertatis vmbra qualiter ſeruatur·ibidem·

Libertates ecclie infringētes/⁊ ciꝰ miſtros iniuriantes qualiter puniēdos cenſuit archadiꝰ·4·4·b·c·

Libertatem oēs appetunt et tueri conātur·7·17·d·

Libertas eſt ſecuritas vite·ibidem·

Libertates ecclesie ſuſtinentes qualiter ꝑſequūtur a curialibꝰ officialibꝰ ꝑncipū·7·20·n·o·

Libertatē eccliaſticā īpugnātes puniūtur in ſe vel in ſobole·ibidē g·

Libertatis officiū Et q̄ꝫ libertas ex virtute ꝓcedit Et q̄ꝫ ꝓ libertate tuenda philoſophi moꝛi cenſuerūt·7·24·a·

Libertate nichil amabilius·Et q̄ꝫ eā nullus impugnat niſi virtutis ſimulacꝛ·ibidē b·

Libtati laxāt habenas optimi ⁊ ſapiētiſſimi·7·24·d·

Pꝛo libtate tuenda quot et quāta tulerūt ātiqui·ibidē c·

Libertatis vſus eximius Et ſolis ſeruiliter viuentibꝰ diſplicet·ibidē

Libtas ſicut timoꝛis ita temeritatis expꝰs·ibidē

Libere reprehendentes ſunt pacien
ter audiendi Et q̄ ſignū eſt ſapien
tis ⁊ virtuoſi ſic facere·ibidē·c
Libertatē loquēdi preſtant ſenect9
⁊ orbitas prolis·7·24·k
De libertate ſeptembri qua licebat
ſeruos arguere dominos impune
ibidem·q·
Libertatis honore indignus eſt de
tic9 ducēs vxorē·8·10·m
Libertas ſūma virtuti ſeruit·8·12·b
Libertas nulla in varijs vitibus·8·
16·c·
Liberū arbitriū manet cū prouiden
tia terū·2·20·d·
Libido oīs turpis/quā non excuſat
cōiugiū·8·10·b
Libidini pauci ſunt qui non ſeruiāt
id eſt corrupte volūtati·8·29·a
Libido cui cepit dn̄ari/vita trāqlla
frui non poteſt·ibidem·b
Libido hominē exduſit a loco volup
tatis·ibidem·b
Librū ſciendorꝫ gerit homo ī corde
3·1·f·
Libri de conſolatione grata recōmē
datio·7·14·e·
Libros alienos nullus debet repre
hendere·8·24·o·
Quod nō licet acrius vrit·8·24·c
Lictor quid ſit Et q̄ princeps eſt ꝓ
prie lictor·9·2·e
Ligurgus vt leges ſuas perpetua
ret elegit exiliū perpetuū·Et de le
gibus ei9·9·3·g
Lingua ſepe diſpargit theſauros
cordis·4·6·k·
Litterarū fructus q̄̄ vtilis Et ioan
dus·1·plogo·a·b
Litterarꝫ copia nō facit philoſophū
ſed gracia·7·9·o
Litteratus non poteſt quis fieri ſn̄
lectione·ibidem·
Litterarꝫ ſūma copia interdū eſt ig
norantia aut negligentia veritatis
ibidem·
Litterarꝫ amor pellit vicia et ducit
ad vitā·ibidem·l·
Litterarū ſtudiū quantū dilexerīt re
ges antiqui·9·6·l·m
Litigantiū iuramentū·Et de pena
calūpniatorꝫ preuaricantiū ⁊ tergi
uerſantiū Et q̄ ſūt hmōi·4·13·c
Logica eſt in trāſitu addiſcenda·7·
9·h
Loqui pauca Et prudēter facit ſmo
nē p̄cioſū Et multa loqui facit oppo
ſitū·4·6·p·q·
Loq̄ multū deteſtādū·7·12·i·
Loqui in menſa que verba/quādo/⁊
ꝓpter quid ſit licitū·8·9·e
Loquēdū inter loquētes ⁊ int̄ ſilen
tes ſilendū·8·9·f·g
Loq̄ locis ꝑſonis Et tēpibus oportu
nis nichil tā cognatū ſapīe·ibidē·g
Loquendū qualiter ſit cū magnati
bus·8·19·l
Loquendū eſt de ſe in neutrā partē
ibidem·m
Lucanus non tam poeta q̄̄ hyſtori
ographus·2·9·f
Ludi aleaꝝ/numeroꝝ/⁊ ceteri alij
qn̄ exercēdi ⁊ qn̄ nō·14·c·⁊c
Ludus alearū multiplex ex cāſo reg
no aſie tranſiuit ad grecos·ibidē·d
Ludus alearum ex cauſa multiplici
reprobatur·ibidem·d·e
Luctādū eſt cū ſcriptura ſicut iacob
cū angelo·7·13·f·g
Lupi auſpicia·1·13·k·

Lupino lacte fuerũt educati roma
ni. vnde ⁊ lupinã fidẽ ad inuicẽ ſer
uãtur. ibidẽ. l. m.
Luxuria ſũme fugienda militibus.
6. 13. d.
Luxuria corruptꝰ princĩpatꝰ diu ſta
re non poteſt. 6. 13. e. f.
Luxurie cultũ comutãtur bella aut
ſequũtur. 6. 6. a.
De luxuria aſſiriorũ ⁊ neronis. 6.
13. f. g.
Luxuria blande malũ quod cũ diffi
cultate euitatur ⁊ q̃s ſit ſequela ⁊
finis. 8. 6. a.
Luxuria non pugna/ſed fuga vincĩ
tur. ibidẽ. d.
Luxuria tãq̃ hoſtis vitãda. ibidẽ. m.
Luxuria nõ in ſola venẽ/ſ; in cibo ⁊
potu ⁊ cultu ſplẽdido ꝯſiſtit. 8. 6. n.
Luxuria talis eſt cũ bellorꝫ. ibidẽ.
Luxuria ⁊ gula qualit̃ vicerũt ha
nibalẽ Et q̃ hijs vicijs nichil dãp
noſius. 8. 6. p.
Per luxuriã capta vrbs voluminẽ
ſiũ. ⁊ diuerſis fedata vicijs. ibidẽ.
Luxuria adinuenit regulã cibariorꝫ
diligendorꝫ. 8. 7. i. h.
Luxurioſa ⁊ turpia apparebant in ſ̃
delibꝰ multa que ſeculo nr̃o placẽt
⁊ magnifica appellantur. ibidẽ. ſ.
Ad luxuriã refrenãdã petebat quidã
a deo tale flagellũ qd̃ poſſet ſuſtine
re/ſalua ſenſus aĩe ⁊ corporis inco
lumitate. 8. 8. n. o.
Luxuria fetorẽ hyrcĩ ꝯtinet. et ẽ pe
tulãtia abiectiſſima. 8. 11. q. ⁊c̃
Ad libidinẽ alienã trahi nulla ma
ior captiuitas. ibidẽ.

Magice artes ꝓhibite. ⁊ vn
de profluxerũt. 1. 9.
Magi vnde dicãtur et q̃d
ſit eorꝫ maleficiũ. 1. 10.
Magiſtratꝰ a ludis et leuitatibus
ſunt arcendi. 1. 9. ꝑte. 7. c.
Malicia ſemper punitur a dño me
diate vel imediate. 8. 21. b.
Mala p̃cognita facilꝰ vitãt̃. 7. 9. n
Magnatorꝫ graciã non ꝯſequitur
q̃ eorꝫ mala nõ approbat. 3. 6. d. e.
Magnates quõ delectantur in adu
lationibus. 3. 6.
Magna breui ſermone nõ explicã
tur perfecte. 4. in prologo
Magnificentia alexandri ⁊ aliorũ
gentiliũ. 4. 7. e. f.
Maieſtatis leſe crimẽ non alicui fa
aliter imponendũ. ibidẽ. d.
In maieſtatẽ regiã quot modis cõ
mittitur. 6. 29. e. f.
Manus reipublice armata et incr
mis coercenda ab exactioibus ⁊ ra
pinis 6. 1. a. b.
Marcus per raptũ calcẽũ intellexit
iter ſuũ expeditũ. 2. 1. d.
De margarita a coco reſoluta per
cleopatrã abſorta in cena luxurioſa
anthonij. 8. 7. f. g.
Maria virgo qualiter miſit merca
rium martirẽ ad interficiendũ iulia
nũ apoſtatã. 8. 21. c.
De martis natura et conditione
2. 19. e.
Mathematici dominatorẽs qui ſint
. 1. 12. f.
Matheſim licuit exercere vſ; ad ad
uentũ dñi. ibidẽ. g.
Matheſ; penultima correpta licita.
penultima ꝓducta illicita. 2. 13. b.

Matheſis ꝓhibita fundatur in ma
theſi naturali. ibidē.
De matheſis naturalis diuiſione
ibidem. m.
De matheſis doctrinalis ꝛ mathe
ſis reprobate differētia. Et traditi
one mathematicoꝝ̄ Et eoꝝ̄ erro
ribus. 2. 19. p totū
Matheſis vtraqꝫ habet aliquid cō
mune. ꝛ qd ſit illud. ibidē.
Matheſis via dampnatiōis eſt. 2.
26. d.
Matheſis ſi eſſet laudabilis eā nō
reprobarent ſancti vt faciūt beati au
guſtinꝰ ꝛ gregoriꝰ. 2. 26. 1.
Mathematici qualiter tendent ſim
plicitatē fidei. ibidē. e
Mathematici nō magis veraces q̄
ſobrij Et ꝙ cōmuniter male moriū
tur. ibidem.
Matrimoniū excuſat libidinis tur
pitudinē. 8. 11. c. d
In matrimonio quot ꝛ quāte āguſ
tie ꝛ miſerie. ibidē. d. e.
Medicine recōmendatio/ ꝛ reprehē
ſio abutentiū ea. 2. 29. c. d. e
De medicoꝝ cautela. Et ꝙ beneſi
ciū tpis ſibi aſſcribūt ibidē. d.
Mēbroꝝ querela de ventre ꝛ ſtoma
cho. 6. 23. l. m
Mendicare ad dandum pauperibꝰ
eſt venari diuicias. 4. 22. l. m
A menſa quidā repulſi ſūt. 8. 12.
Mens humana nullo corporali re
pleri poteſt. 4. 16. f
Mercenariꝰ qd eſt. 4. 14. m.
Mercuriꝰ cuiꝰ nature ſit. 2. 19. f
De/mide auſpicio/qui fingitur tac
tu ſuo feciſſe res aureas. 1. 13. c
Milicia exigit delectū ſciēntiā et ex
ercitationē. 6. 2. a
Ad miliciā quales eligēdi ſūt/qua
liter inſtruēdi ꝛ exercitādi. 6. 2. b. c
Ad milicie officiū electi delicati q̄
liter exercitādi ſīt et ad dura aſſueſcē
di. 6. 2. e
Ad miliciā ſunt potiſſime eligendi
de agris. ibidem. c. g
Milites glōſi inutiles ſīt ad bel'. 6. 3
Milites glorioſi qualit' iactāt ſe de
victoria per alioꝝ̄ audaciā ꝛ ſtrenu
itatē acquiſita Et ꝙ ſemꝑ ſunt poſ
tremi in bello/et tamē volūt habere
primos accubitus. ibidem.
De militū faſtu. 6. 9. a
Milites fortes potius q̄ grandes
eligendi. 6. 9. c.
Milites nūq̄ dēt eē ocioſi. 6. 9. d.
Milites romani vtebantur rudi veſ
timento. ibidē. cuiꝰ oppoſitū faciūt
noſtrates. ibidem
Militē faciūt electio et ſacramentū
6. 4. per totū
Milites cū magna diligentia ſunt
eligendi/tirones nō ſolū corpe/ſed
aīo preſtātiſſimi Et quot mala ſe
quūtur quādo eligūtur per fauores
6. 4. per totum
Militē ydoneū reddit honeſtas ꝛ ve
recūdia. ibidem. e
Milicie diſciplina qualiter elangu
it. 6. 6. a. b
Militarꝭ ſacri forma. ꝛ ꝙ ſn̄ ſacro
militare non licet. 6. 4. a. ꝛc
Miliciā armatā ad religionē et cul
tum dei ex neceſſitate teneri/ſicut il
la que in clero diuinis obſequijs cō
ſecratur. 6. 8. per totū.
Miles/ſicut honoris ita laboris no
men eſt. ibidem.

Qui miliciā ſe ingerit ſine electiōe ⁊ ſacramēto nō pl9 miles ē ꝙ nō ordinat9 ꝑ eccām ſit ſacerdos. ibid b. c. Et ꝙ talis eſt recte ſiccan9. ibidē

Miliciā ordinate quid ſit vſ9 ⁊ offi nū. ibidem. c. d.

Milites qualiter ſunt ꝑuilegiati. G. 10. p totū

Militare licet fidelib9/dominis in fidelib9/fide tantū. G. 9. a.

Milites fidelitatē debēt deo ꝑncipa liter ⁊ ecctie quā ſi violauerīt domi temporales nō debēt multū ꝯfidē de eorū fidelitate. ibidem. b.

Milites nō faciūt nūc iuramentum verbo ſ; facto ⁊ qualit᷑ Et ꝙ nichil licet eos facere cōtra eccleſiā. G. 10. b. Ubi nota regulā quā eis beat9 iohēs baptiſta dedit.

Milites ſunt dua9 caſtigandi/ ſi le ge cōtempta / miliac ꝑuilegijs ab utantur G. 11. a.

Militarē diſciplinā maxime ipugt luxuria Et q̄liter ſcipio ⁊ alij ꝑnci pes ſtudebant oēm luxū a militib9 reſecare. ibidem. c. d.

Milites qui male ſe habuerāt iube bantur venam aperire ad eorū igno miniā. ibidē. i.

Milites inobedientes duab9 q̄liter puniebātur. ibidē. l. m.

Miles nō tenetur obedire duci ipe ranti contraria lege dei. ibidē. n.

Miles in quib9 tenetur obedire du ci Et de diuerſitate mādatoꝝ. ibidē

Miles pl9 debet timere ducē ꝙ hoſ te. ibidem

Miles ꝓpter ſacrilegiū ⁊ alia delic ta punit᷑ āguli amiſſiōe. G. 12. a. b.

Militi āngulū non reſtituebatur/ q̄ uſ ꝙ ipm p2e ceteris virtutū meri ta inſigniret. ibidē.

Milites āngulo ſpoliati ꝓuabātur priuilegijs ⁊ ſtipēdijs militarib9 ibidem. c.

Miles abutitur āngulo duob9 mo dis et quib9. ibidē. f.

Milites impugnātes eciam pena capitali ſīt plectēdi ꝑ᷑ iura. G. 12. f.

Militib9 ꝙ nēcaria ſit diſciplina et doctrina bona. G. 13. a.

Miles ſubitus inutilis. ibidē. b. c

Milites timidos eſſe puniēdos. ibi dem. d.

De militū modernoꝝ ignauia ⁊ vanitate. G. 14. a.

Milites ſaltem pudore deberent ad virtutē miliac excitari. ibidē. d.

Militib9 ſatꝭ licet honorifice incedē modeſte tū ⁊ ſeduſa laſciuia in eis maxime deteſtabili. G. 18. a.

Milites cū ſuperfluo ⁊ ſplēdido ap paratu incedētes iātant hoſtes ad p2edā. G. 13. b. c.

Milites armis pluſ ꝙ veſtib9 debēt eſſe ſplendidi. ibidem.

Milites maxime dedecet cult9 mol lio2/⁊ delicatio2. ibidē. d.

Militaris ars tradita a lacedemo nijs in quib9 ꝯſiſtit. ibidē. d.

Miliac patū ſīt apti q̄ nō niſi eques pugnare nouerunt. G. 8. e.

Militib9 debēt dari bona ſtipēdia ⁊ alimēta/ q̄ vult eos hēe ꝓmptos ⁊ fideles. ibidem. f.

Si milites bñ docerēt ⁊ exercitarēt adhuc poſſent redire ad id virtutis qḋ vigebat ātiquit9. ibidē. f.

Militib9 ſūme nēcariū exercitiū et vſus. G. 18. c. h. i.

Miraculū quō fit.2.13.d.
Ministri dei qui sunt.4.9.m.
In ministris deus honoratur vel cō
tēpnitur.4.4.a.
Ministris ecclīe iniuriātes ꝟ rebꝰ ſa
cris q̄lit̄ puniēdi.ibidē b.c.d.
Ministrare est opus eccīasticorū nō
dn̄ari.8.23.c.
Quot miserijs ꝟ piculis dig̃nitates
ꝟ statꝰ magni ſē referti.8.19.k.l.
Moderatione cōualescūt alias illica
ta.1.4.f.
Modulatioēs in cōuiuijs detestāde
8.6.l.
Modulatioibꝰ ieptis deditī/oduūt
vere ſcientie grauitatē.histriones et
mimos ꝓmouēt ad officia.exēplū
de nerone.1.A.c.
Moyses quāte v̄tutꝭ ꝛ caritatꝭ ad
ꝓlm̄ ꝛ ad dei glaꝫ fuerit.2.2A.k.l.
Mos q̄d ſit. Et ꝙ noīe moris ꝑp̄e
v̄tutes ſolē designāt.4.9.d.e.
Morigināti tꝙ̄ ymago dei venerā
di.ibidē Itē 9.8.d.
Mortē ſibi inferre nemī licet Et de
hijs qui hoc fecerūt.2.2A.m.
Mors nō timēda ꝫ cū ꝑ̄atione ex
peccātā.ibidē a.l.m.
Mors ē munꝰ nature corrupte.ibidē
Mors certa.ſed hora eius incerta.
ibidē.a.m.
Mors ſi bona/finis maloꝝ.ſi ma
la/copula est maloꝝ antecedētiū ꝛ
ſequētiū.ibidē
Mortē ſibi inferentes rep̄hēdūtur.
4.1A.f.g.
Mortē potius eligendā ꝙ̄ turpe age
re/exēplo phoꝝ.ibidē c.
Mortē ſi aliqui ſibi intulerūt carita
te ſuccensi vel cōſilio ſp̄us ſancti ne
pudicicīā amitteret nō trahendū est
ad cōſequētiā.4.1A.m.n.
Mulieres frequētius ſp̄us phitoni
cus replet ꝙ̄ viros.2.2A.v.
Muliēs ꝑſarū q̄lit̄ regrerūt reuer
ti fugiētes de ꝑlio.6.14.d.e.
Mulieribus quot ꝛ q̄ ſūt necessaria
8.11.f.
Mulierū incredulitas allegantiū fri
giditatē in viris.8.11.m.
Mulier vna talis confusa fuit corā
aduocato.ibidē
De mulierū leuitate in amādo ꝛ o
diendo.ibidē q.
Mulier pudica rara auis nigro cig
no ſimilis.ibidē
Mulier asserta pudicissima q̄ tādē
ꝑmisit corpus mariti mortui suspē
dere.ibidē
Mulieres bone vel male habentur
ſcdꝫ cōuiuīj q̄litatē.ibidē q.
Multitudo indocta in bello inualida
6.2.b
Multitudo peccatōꝝ pc̄m nō minu
it ꝫ auget.A.19.t.
Multitudinis īꝑite ꝯſiliū nō ſequē
dū.A.20.r.
Mūdus ꝙ̄ trāſitoriꝰ ꝟ fallax cuiꝰ
finis amarissimꝰ.8.29.d.
Mūdus q̄lit̄ pollicetur ſꝑ aliq̄d ſo
lidū īposterū ꝟ tn̄ nichil tale ſoluit
ibidē c.
Ex mūdi amore quot mala ꝓueni
ūt.ibidē e.f.
Muneribꝰ efficacissīe captatur grā
magnatū.3.A.b.c.
Munera ſūt vmbratil̄ gr̄e alimenta
ibidē
Munera niſi frequētata amicicīā in
terimūt.ibidē.c.

Muneribus corrumpentes q̄ boni
habentur in curijs·4·10·b·
Mun9 qualiter nō eſt repħenſibile
⁊ qualiť ſit·ibidem·g·
Munera dantes ⁊ accipientes pro
eccaſticis bn̄ficijs qualiter ſunt pu
niendi·A·20·f·g·
Munera qui accipit libēter inde fit
deterior et ad accipiendū idē parati
or·8·2·k·
Muſica cū nugis curialiū nō eſt nu
meranda·1·6·a·
Muſica vn̄ habet ortū·ibidē·
Muſica recōmendatur multiplici ra
tione·ibidem·
Muſice virtute cohibentur maligni
ſpūs·ibidem
Ex muſicis conſonancijs dixerunt
aliqui animam eſſe compoſitā·ibi
dē·c·
Muſice vſus p̄apu9 eſt laudare deū
ibidem·f·
Muſice fractiones et orcinia ab vſu
ſano degenerāt et deturpāt muſicā
⁊ puertūt in effectū nature ſue con
trariū ibidem·g·Et cultū religioīs
inceſtant·ibidē·
Muſice modulatioēs exceſſiue/lū
boꝝ pruriginē nō deuotionē metē
excitant·ibidē·g·h·
Muſice modulatioēs modeſte mē
tem recreāt ⁊ animos hoīm cū exul
tatione trahūt ad ſocietatē ange
lorū·ibidem·i·
Muſice fractiones ab aula grecie ar
cebantur·ibidem·k·
Muſici huiuſmodi non habent feli
cem exitū·ibidem·l·
Muſici tales raro ſunt graues/mo
deſti/⁊ pudici·ibidem·
Muſica parcophie·8·12·h·
Muſicam didicit ſocrates in ſenec
tute·ibidem·
In muſica nimis occupari circa phi
loſophiam eſt·ibidem·

N

Ature iura īpugnare deteſ
tandū·1·2·b·
Que cōtra naturam fiunt
dicūtur ſigna·2·11·
Contra naturam que eſt dei volū
tas nichil fit·2·12·
Naturā diffinire difficile ſcđm tul
liū·4·9·c·
Natura reb9 originē p̄bet·ibidem
Nature inſtitutio quid ſit·Et que
viuendi ciuiliter forma·6·20·
Natura vindictam de parētib9 ſtu
pet interdum aqeſcat·8·21·d·
Necesſitate oīa euenire poſuit ſtoy
cus·2·21·m·
Dicit neceſſitatem cadendi non in
ducit lapidi caſuro ſcientia qua ſcio
lapidem caſurum/ſic nec ſciētia dei
effectum preſtito ibidem·n·
Neceſſitate conſequendi non conſe
quentis preſtitum a deo eueniet·
ibidem·o·
Negare ciro quod petitur ps bn̄fi
cij eſt·8·19·p·
Neronis nequicia ⁊ vanitas·1·A·
per totum·Item·6·13·g·
Nero piſcabatur cum rethibus au
reis·A·2·c·
Neronis luxuria et extrema mali
cia·8·18·i·l·
Neſcire ſe non eſſe circam conſeſ
ſus quidam·2·23·b·
Neſcire bene viuere puniendū·neſ
cire malas artes non·6·2A·c·

Que neſcire nolumus diſcere negli gimꝰ·ibidē d·
Nigromātia ꝙd ſit· 1·12· c·
Nimiū eſſe ⁊c in bonis culpabile ϱ·9·
Nobiles nō reputātur moderno tē poꝛe niſi ſint inſtructi in venatica a lea ⁊cꝭ·1·ꝝ·h·
Nobilitas ꝙd eſt·8·1ꝝ·d·
Nobilitas induat virtutꝭ neceſſita tē·8·1ꝝ·c·
Nomen nō dat foꝛtuna homībꝰ/ꝫ moꝛes·8·12·c·
Noticiā ſui ꝯtēpnere nichil indigni us·1·1·c·
Noticiam ſui contēpſerūt philophi ʒ·2·b·
Noticia ſui ꝗdꝛiptitū parit fructū· Et qui ſit ille·ʒ·2·b·
Nota ſūt nobis aliq̄/aliqua docto ribꝰ·ꝝ·Λ·c·
Nuptie vnde dicantur· Et ꝙ excu ſant libidinis turpitudinem·11·c·⁊ cetera
Obedientiā ꝙ diſtricte ipede bāt milites ducibus· Et ꝙ dure puniebātur iobedien tes·6·11·g·h·
Oſculādo naſcentur ⁊ coeūt quedā aīalia·8·11·o·
Obſequēdi ptextu inſidias ponere ꝙ ꝑniciosū·ʒ·6·d·
Ocium ſine lr̄is moꝛs ꝓlogo·1·cir ca finē
Ociū deteſtādū ⁊ quot mala facit· 1·8·c·d·
Ad ociū tollēdū inuēta ſūt ſpectacu la ⁊ ludi diſſoluti·ibidē d·
Ociū ⁊ ſecuritas extollentiā parit· 6·12·d·
Oculi reipublice ſunt pꝛeſides·ꝝ· 11·a·
Oculoꝛum per feneſtras moꝛs in greditur et qualiter·ibidem·8·6· b·
Octauianꝰ faciebat filios ſuos exer citari ad arma ⁊ ad ſuſtinēda dura 6·ϱ·a· Et filias in lanificio· et ad quid ibidē·
Odoꝛatus voluptas in quo ꝯſiſtit Et ꝙ nō ꝯuenit niſi diſſolutis·8· 6·c·
Officioꝝ diſtributio q̄liter fiebat a pud āṫiquos·1·ʒ·
Officia leuia ⁊ minoꝛa nō debent exercere maioꝛes·ibidē
Officio ſuo inſiſtēs ſuū venuſtat ſtu diū·1·ϱ·ꝑte 6·b·
Officio nō ſuo iſiſtere excuſat neceſ ſitas·ibidē f·
Officioꝝ diſtributio roboꝛat rēpub licā ⁊ venuſtat·1·ϱ·ꝑte Λ·c·
Officia pꝛeſidendi venatoꝛibus et perſonis vilibus hodie mutuantur ibidē
Officium quid eſt et ꝙ genera offi cioꝝ et ꝙ officia publica venerāda· ꝝ·ϱ·b·
Officium hodie nullum gratuitum Λ·1Λ·f·
Officia publica debēt pietati ⁊ fidei ꝯſecrari·ibidē
Opus nō ex ſe ꝫ ex cauſa fit crimē 1·ϱ·ꝑte 6·f·
Operis felicitas vnde expectanda· 1·12·
Opa ſūt fidei ⁊ ſinceritatꝭ augmen tū·ʒ·2·c·
Opus artificis gerit ymaginē·ʒ· 12·l·

Operari compellit pudor timor ⁊ a
mor.4.7.d.
Opera morū argumēta efficatia ⁊
vtilia ad statū ingratuū ⁊ pceſſum
ibidem
In opere ꝯſiſtit virtus et phia non
in verbis.7.12.a.
Opere et actu ſūt vendicāda virtutꝭ
officia.8.8.a.
In ordinibꝰ ſacris et magnis officia
is ꝯſtituti.nō debēt in minoribꝰ oc
cupari.1.9.pte.7.c.
De oraculo deſignante vnū futuꝝ
in iudea q̄ totius orbis potiretur im
perio.2.9.h.
Oraculū quid ſit.2.14.i.
Oraculoꝝ iudicio inuenit eneas y
taliam Et nutu demonū ſeminauit
genus romanorum.2.14.k.
Oracula plurima in ſcripturis canti
cis.ibidem.n.
Ornanda ſunt ea a quibus pre ce
teris honoramur.6.18.c.
Ornamentum matronaꝝ eſt pudi
cicia.7.9.c.
Oſias rex vſurpauit ſacerdotiū per
cuſſus lepra in cuiꝰ morte natus eſt
romulꝰ.8.22.c.
De ouo dimiſſo in gremio matris
tyberij.1.13.k.

P Atientia eſt robur totius
phie.3.19.d.
Sine patientia nullū aut
carū eſt opꝰ vtutꝭ.ibidem.c.
De patiētia antiquoꝝ inſuſtinēdo
verba iniurioſa.ibidem.c.d.
Per patiētiam virtus maxime cla
reſcit.7.24.d.
De patientia antiquorum in ſuſti
nendo liberas reprehenſiones.ibi
dem.e.
Palme mirabilis natura.4.6.m.
n.o.
Palma quare datur i ſignum victo
rie/⁊ iuſto comparatur.ibidem.
Palpo quid ſit.3.9.d. Et quare
moderationem ſubuertat.ibidē.
Parſimonia in miniſtris placet do
minis diuitibꝰ.3.12.a.b.
Parſimonia facile quis diues effi
citur prodigalitate paup.ibidem.
Parentes honorādi iure nature gē
tium.⁊ diuino.4.9.a.⁊ ꝙ filij ⁊ vx
or nomine parentū cōphendūtur
ibidem.
Parentum vicia et virtutes ad fili
os ptendūtur.9.10.a.
De parentum aliquorum ſeueritate
te in filios zelo iuſticie.9.11.h.i.
Parthorum natura ⁊ conditio.6.
12.d.e.
Paſtoris mercenarij/et furis diffe
rentia.5.17.k.l.
Paſtori quid debetur a ſbditꝭ.q̄d
mercenario ⁊ q̄d furi.ibidē.p.
Patrum antiqui ⁊ noui teſtamenti
recōmendatio.
Pater noſter deꝰ/cui debemꝰ dilcō
nis affectū.9.7.b.
Pater filio in dignitate conſtituto
debet cedere in locis publicis nō pri
natis.9.7.h.i.
Pauli pdicatio facta athenienſibꝰ
9.3.h.i.k.
Paup a diuitibꝰ ꝯtēpnitꝛ.4.16.m.
Paup tatꝭ recōmēdatio.4.17.p.q.
Pauperum oppſſores non exaudiū
tur nec eorum elemoſine a deo ac
ceptantur.6.26.b.

Pauꝑtas clauis diſcendi. 7.13.l.
Paupertē ſe debet credere q̄ vult eē diues ad docēdū. ibidē m.
Pauꝑtate feliciter acquiruntur omnia. ibidē n.
Paupertas apud auteū laudi erat nō cōteptui. 8.7.c.
Pauꝑes reputantur infelices nec amātur. 4.17.o.p.
De pace maloꝝ officialiū curialiū 6.i.l.
Pax eſt finis belli. 6.18. d.
Peccatū grauius q̄ delictū. 6.12.c. f. Et quare differūt. ibidē
Peccatū in regiā maieſtatē grauiſſimū Et vnde. 4.19.b.
Peccata tirānos īpetrāt ⁊ exigunt penitētia delet. 8.20.d.
Peccatū nō minuit peccātiū multitudo. 7.19.t.
Pecunia eſt mat' iurgioꝝ. 9.4.f.
Pecuniā amare nichil ſceleſtius. 4 9.i.
Pecunia maculat. et plus aīmū q̄ manū. 4.16.p.
Pecunia cōtēpnēda et pauꝑtas eligenda. 4.17. ꝑ totū
Pecunie regnū q̄liter inualuit hijs diebus. ibidē o.p.
Pecunie amor vincat naturā. et reddit oīa poſſibilia. 7.16.a.
Pecunia ꝓfuſo decus. auaro ſupplicium eſt. 8.14.k.
Penitētia deꝑimit tirānos ꝟl excludit. 8.20.d.
Perfectus eſt quodāmodo q̄ ꝓuidet vnde ꝑt ſaciari. 7.22.b.
Periculū nūq̄ ſine ꝑiculo vincitur 8.19.p.
In ꝑplexitate ſe poſuit ſaul iurādo phitoniſſe. 2.27.c.d. ⁊c̄
De ꝑplexitate tirānoꝝ ſiue impiorū. ibidē q.
Perſona ex quibus dicatur venerabilis ⁊ hoēſta. 2.14.i.
Pertinacia īpedit veritatis inuētionē. 7.7.h.
Pedes reipublice qui ſint. 6.19.a. Et de cura eis impēdēda. ibidē
Petitio vacue manus temeraria. 4. 10.l.
Pinguedo aīe q̄ ſit. 8.16.e.
Piſces delectātur in auro. 7.2.e.
De piſcibus tiberis Et de lupo germano inter pōtes capto. ꝟl de piſce antipēſe. 8.7.h.
Pithagore auctoritas ⁊ ſubtilitas in iudicijs ꝟl cauſarum patrocinio. 4.12.e.
Pithagoras inuenit nomen phie Et quāte auctoritatis fuerit Et de eius doctrina. Et q̄ ytalice phandi auctor extitit. 7.9.a.
Pithagoras inſtituit phie cōteplatiue. 7.4.g.
Pithagoricā audiēdi dū cōtemptū mūdi ꝑdicāt. iugulādi' dū aīas hominū retrudūt in corpora beſtiarū. 7.10.k.
Pharaonis punitio. 8.21.b.
Phicij qui ſint. 1.12.c.
Philippus rex macedonū in q̄bus cōueniebat cū alexandro filio ſuo et in q̄bus diſcōueniebat. 4.12.d.
Philippus idē q̄re venerabatur ſtudiū lraꝝ. ⁊ de eius eplā ad ariſtotilē. 9.6.m.
Phie finis eſt ſapiētia. 4.9.c.
Phia non induat diuiciarū fugā ſʒ dāpnat appetitū. 4.17.q.

Phie fruct9 quis ſit.ibidē. q.r.ſ.
Phia eſt bonū hoīs ꝓpꝛiū.6.2Λ.
d.g.
Phia nichil cōfert dubitāti de ōni
bus.Λ.2.d.
Phia vnde dicatur.Λ.9.a.
Phia ducit ad beatitudinē. et mul
ta de eius recōmēdatione.Λ.8.c.d.
Sine phia ſūt hoies bruti.ibid.d.
Phia veriſſima eſt implere diuina
mandata.Λ.8.h.
Ad phiam ſe habēt tria genera ho
minū diuerſimode.ibidem.d.
Phie mag̃ pulchꝛitudo.ibidem.g.
Phie diligēter intendere/eſt mag̃
accedere ad beatitudinē.ibidē.i.
Phia eſt diuinitat̃ amoꝛ que neſ
cit terminū.Λ.11.a.
Phia nō in v̾bis ſed in ope conſiſ
tit.Λ.12.a.
Phia in paupꝫtate acquiritur.i.exi
git terrā alienā et ſuā facit alienā.
et vbiqꝫ apud ſe eſt.Λ.13.
Phia/cū ſit ſup oīa appetenda: nūc
tamen alioꝝ cōꝑatiōe vileſcit. Λ.
14.f.g.
Phia viaticū eſt paupꝫū.ibidem.g.
Phie intēdere reputatur hodie va
nū.cū phi ad dignitates eccleſiaſti
cas minime ꝓmoueāt.Λ.19.q.r.
Phia vniūſis officijs cuiuſcūqꝫ ſta
t9 pſcribit modū.ꝛ multa pulchra
facit.8.8.a. Et in actu et opere cō
ſiſtit.ibidem.
Phia honorāda eſt ātiloq̄o.8.9.e.
Phie ꝯſentaneū aptare ſermones
locis ꝑſonis ꝛ tēpoꝛib9 opoꝛtunis.
8.10.g.
Phia vbi neceſſaria eſt. et nephas
eſt alicubi abeſſe.ibidem.h.

Phie et vxori ꝑiter ſeruire non eſt
poſſibile.8.11.f.
Phia q̄d ꝑapit obſeruari.8.12.q.
Phia cur ꝑuia.9.in ꝓlogo.
Q᷑ phiam excludat finis multum
metuendū.8.19.k.
Phandi ꝯtemptus/oīm bonoꝝ ex
cluſio.Λ.8.i.
Phandi ſingularis fruct9 eſt obſer
uantia mandatoꝝ.ibidē.h.
Phari vere quid ſit. et q̄s ſit9 fruct9
ei9 Λ.11.a.b.
Phandi finis/eſt caritas.ibidē. b.
Phandi regula eſt omnia ad cari
tatē oꝛdinare.ibidem.
Phant moderni vt tꝑaliter floꝛe
ant.non vt doceātur aut doceant.
Λ.14.f.g.
Phandi gradus.9.in ꝓlogo.
Phari null9 ꝑt ſine xp̄o.Λ.13.o.
Phicis et curialib9 officijs ſimul in
ſiſtere difficile.Λ.in ꝓlogo.c.
Phus nō eſt q̄ cū ſtatu ſuo cōtinue
tꝛicatur.ibidem.
Phi q̄ ꝓfunde rerū naturā ꝯpꝛehē
derūt et q̄ turpit̃ errauerūt.Λ.1.a.
Phis ceter̃ ſūt achademici modeſti
ores.ideo pꝛeferēdi.ibidē.d.
Phus eſt amatoꝛ dei et cultoꝛ.Λ.
14.k.
Phus eſt qui animo et voluntate
accedit ad ſapiētiā.ibidē.
Phi aliqui ſūt/aliqui eſſe cōcupiſ
cūt.Λ.8.d.
Phoꝝ tres ſecte.ibidem.i.
Phoꝝ ipitoꝝ arrogātia et ꝑter
uia.Λ.9.a.
Phi aliqui q̄ arrogāter vel inepte
de nōnullis ꝯtendūt.Λ.9.c.d.
Phm non facit copia lrāꝝ ſed gra

cia·7·8·o·
Phus nō eſt oīs q̄ docet vera ⁊ iuſta·ſ; q̄ docet ⁊ ſeq̇tur·ibidē·c·
Phi verboſi phiam in verbis cre dūt cōſiſtere Et de eoꝝ arrogātia ⁊ ineptijs decidēdis·7·12·a·b·
Phis verboſis videtur ille materie ad philozophādū aptiores in q̄bꝫ ſūt plura diffugia·7·12·o·
Phioꝝ finis quis ſit Et ꝗ ad illū finē cōſequēdū neceſſaria eſt verecūdia·8·9·f·g·h·
Phi verboſi de oībus volūt loq̄ ⁊ diſputare cū tamē nichil aut modicū ſciāt de eoꝝ quolibꝫ·2·29·b·
Phitonicos cōſulere ꝗꝫ perfidū·2·27·c·d·
Exemplū de ſaule·ibidem·
Phitonia ꝗꝫ fallaces·2·27·c·d·
Et ꝗ obnubulāt oracula ābiguitate vborū vt de mendacijs poſſint ſe tueri·ibidem·
Phitonū vel vatū reſponſa nemini vnq̄ ꝑfuerūt·ſed pluribus obfuerunt·2·27·b·k·
Placato deo/oīs creatura ſeruit homini et manſueſcit·6·28·b·
De plagis quibus punitus fuit pharao et egiptus·8·21·b·
Plato qualiter ſignatus fuit ſocrati per agnū·2·16·g·
Plato vidit in ſompnijs ſe capi a piratis ⁊ ita accidit·ibidē·g·
De platone finxit zenophon ex inuidia/ꝗ verecūdia mortuꝰ fuerit/eo ꝗ non potuit ſoluē q̄ſtionē nautarū qḋ vgiliꝰ dicit de homero·2·26·f·
De platonis infantilibus primordijs·1·13·b·
Plato ad quid elegit achademiā pro ſtudio phie·7·3·a·
De platonis ſtudio ⁊ ingenio Et de multiplici eiꝰ vtute·7·7·c·d·
Plato perficit phiam moralē phiſicam ⁊ logicā·ibidē·g·h·
Plato poſuit deū trinū ⁊ vnū/ genitorē remuneratorē ⁊c̄ ibidē·k·
Planetaꝝ natura ⁊ ꝯditio·2·15·f·
De planetarū donualijs naturalibus et accidentalibus·ibidē·i·
Poete ſuis fictioībꝰ multos induxerunt ad malū·7·9·i·k·
Poete et auctores notant nō docēt vicia·ſed virtutis habent vſū ⁊ philoſophādi prebēt materiā·ibidē·m·
Poete laudātur a multitudine·ibidē·i·k·
Poetaꝝ quis fuerit vſus ⁊ officiū 1·8·b·
Populi clamor ⁊ approbatio quos vult facit autēticos·
Pompei magni ruina per ſigna celicie ſignata·2·16·d·
Pontificis ſūmi officiū ꝗꝫ laborioſū miſerū ⁊ fugiendū·8·23·
Poſſibile dicitur aliquid multipliciter·2·22·in fine
Poſſibilia q̄ dicantur·2·20·d·
Ex poſſibili nō ſeq̇tur īpoſſibile nec ex vō falſū/ ſ; ex poſſibili ⁊ īpoſſibili bñ ſequitur poſſibile et ex vo et falſo bene ſeq̇tur verū·2·22·a·b·
Potatores reputant bene bibere eſſe fomentū liberalitatis·8·6·h·
Et ꝗ int̄ eos eſt ꝑditior qui eſt in hoc doctior ⁊ ꝗ tales ſeipſos immolant demonibus·ibidē·
Potus immoderatus quot mala facit·8·6·x·
Potētia tūc eſt tuta cū viribus ſuis

modū imponit.8.20.a.
Ptās oīs ē a deo.⁊ ideo reuerenda
exēº epi q̄ attilā venerāt9 c.9.1.c.d
Ptāti ſecularī ⁊ cuicūq; parēdū eſt.
ſi ſit deo ſubiecta alias nō.6.29.a.
Ptās oīs bō ē/qz a deo eſt.8.18.b.
c. Potēti tū et pacti īterdū bō/iter
dū mala/vniūſitati āt ſp ē bō.ibidē
Ptās in ſapiente oīb9 bonis grata
ꝟ oīb9 vtilis. In inſipiente vero/li
cet bonis nō poſſit eſſe mala/eſt tū
ad tēpus moleſta.ibidē d.
Ptās dieb9 iſtis frequētius ꝑpter
peccata nrā ↄcedit malis ibidē.d.
De pcepťis q̄ ꝑpetuā habēt neceſſi
tatē.9.1.c.d.
Preciū ꝑ iuſticia capē hoīez de hoēſ
tate ↄ̄tuāuq; aliūde glōſū 4.10.h.i.
Preciū hn̄t aliq̄ a ſe aliq̄ ab opini
one.9.4.h.
Predeſtinatiōis nota.ꝑcia9 futurꝫ
ſignū ↄ̄ pterntū.2.22.k.
Predeſtinaº eſt nomē fecūdū Et ↄ̄
iportet noīe pdeſtinatiōis.ibidē k.
Predeſtinatio eterna/eſt generatio
celeſtis.ibidē z.
Predonū ⁊ factioꝝ crudelitas tē
pore obſidionis ihrlm.2.4.e.
Predicti vulnerib9 poſt excidiū inte
rierūt.2.1.a.
Preferendi aliis qui ſint.9.11.q.
Prelat9 q̄lē ſe debet ſubditis exhī
bere.9.3.d.e.f.
Prelatus ſiue princeps debet ſe ex
ponere morti ꝑ ſubditis.ibidē f.g.
Prelatus debet pferre onus quod
aliis īponit ⁊ facere qd̄ docet hoc ē
paſcē ī iudicio ꝟ iuſticia.8.11.l.
Prelat9 mercēnari9 q̄s eſt Et q̄t
mala facit in eccia.ibidē n.o.

Ad platurā ↄ̄tra ābitiōe curriē nō ꝑ
ſalute aīaꝝ ſ; ꝑ lucºtpali 8.11.q.r
Prelatoꝝ mercēnarioꝝ duo gene
ra.ibidē r. ⌈ diuerſis.ibid
De platoꝝ ⁊ predicatoꝝ ꝓpis ⁊
Prelati ſi paſcāt ceꝝ ꝑ lucro venerā
di Si nō paſcāt/nō ſūt digni paſtorꝰ
ul' mercenarii honoꝛē nec noīe ibidē r.
Qz plati munera acciperēt a ſubdi
tis/qd̄ nō licebat īfideliū officialibz/
nō deberet eſſe credibile.ibidē v.x.
Cōtra prelatos īuectio curialis 8.
11.v.x. ⌈ dis.ibidē z.
Prelati fures efficiūtur duob9 mo
De platis exercētib9 officia mag
natū.ibidē
Preſes q̄s ſit ⁊ q̄lis debet eſſe/⁊ q̄
ad ipſū ptinēt.4.11.a ⌈ 6.1.b.c.
Preſidētiū cōtinētia laudabil' q̄ eſt
Preſides q̄lit' applaudūt ⁊ fauent
inferiorib9 officialib9 ſpoliātib9 po
pulū exactioīb9 ⁊ rapina.ibidē h.i.
Preſidētes h̄ ſolū dn̄e a ſubdit' exi
gere vt legi obtēpnt exēº gedeonis
q̄ ſolū petiit a ꝑplō ī aures.8.20.e.
Preſtigiū q̄d ſit et a quo fuerit īuē
tū.1.9. ⌈ q̄lit' ſolet ꝑuiā.1.1.a
Preſumē de ꝓ̄pō ingenio ꝟ v̓tute
Preſūptio facit fidē defiētib9 teſti
b9.4.19.b.c.
In ptentū nō traſit/q̄cq̄d per v̓bū
de ptrito enūciatur.2.22.h.
An preteritū nō fuiſſe de9 poſſit fa
cere hō nō debet aſſerere nec ne ga
re.ibidē
Preuidet hō alit' op9 ſuū futurū / a
lit' de9/qz hō ꝑ motū in aīa/de9 ſi
ne motu in ſe oīa ab eterno ꝓuidit
2.22.e
Si q̄d de9 ꝓuidit eueniet ſ; quod

non eueniet non preuidit Et ſi pt̄
aliquod nō euenire. poteſt nō fuiſſe
preuiſū. 2. 22. t.
Principis ⁊ tirāni differentia. Et
quid ſit princeps. 9. 1. a.
Princeps locū capitis tenet in cor
pore reipublice. ibidem. b.
Principi nichil licet a iuſticia diſſo
num. ibidem. d.
Princeps eſt legibus alligat9. ibi
dem. d. Itē. 2. b.
Princeps quare dicatur legis nexi
bus abſolutus. 9. 2. b.
Principis placitū vnde habeat vi
gorem. ibidem. c.
Principis virga ⁊ baculus iuſticia
ibidem. d.
Prīceps ymago equitatē. ibidē. c.
Prīcipis clipe9 de q̊ ſeruit. ibidē. d.
Princeps innocenter ſanguinē fun
dit. ibidem. d. e.
Principis gladius debet eſſe gladi
us colūbe. ibidem. e.
Princeps miniſter eſt ſacerdotū et
minor eis. 9. 3. per totū
Principis fidele miſteriū in quo cō
ſiſtit Et quib9 debitor ſit. ibidē. d.
Prīceps ſeu plat9 nō eligēd9 ſcd̄z
ſāguinis nobilitatē ⁊ ſcd̄m merita.
ibidē. e. Et clāis debet obliuiſci car
nē ⁊ ſanguinē. ibidē.
Principē non eſſe ſolutū legib9 tra
dit ſacra lex. 9. 9. a.
Principē multis indigere ad ſui cuſ
todiā arguit in eo maliciā ⁊ defectū
virtutis. 9. 9. d.
Principis mores/ ſubditi facile imi
tantur. ibidē. e. f.
Principē caſtū eſſe oportet/ ⁊ aua
riciā declinare. 9. 4. a.
Princeps dēt habere legē dei pre
oculis/ ⁊ eſſe litterat9 ⁊ litteratoꝝ
agere conſilijs. 9. 6. a.
Prīceps dēt timere deū/ et eſſe hui
lis taliter ꝙ eius auctoritas non mi
de nunuatur. 9. 7. c.
In principis arbitrio bene cadit le
gis diſpenſatio cōpēſatiōc dūtaxat
hoīſtatē ꝗ vtilitatē publice. ibidē. e
Principatus maxime per ſuperbiā
deſtruūtur. 9. 7. f. g.
Principis iuſticia debet clemencia
temperari. 9. 8.
Princeps caritate ſic oēs amplexē
tur vt ſi ſubditorū vicia neq̄t cū le
nitate corrigere acriē puniat cū ta
mē gemitu ⁊ dolore. 9. 8. b. c.
Princeps ſenex morib9 moderat9
dēt ēē ⁊ viā gerē mediocꝝ. ibidē. c.
Princeps debet eſſe in verbis affa
bilis. ibidem. d.
Principē oportet moderari / nūc ri
gore iuſticie nūc dulcore clementie
ibidem. f. g.
Principib9 īputatē ad iuſticiā ab in
iurijs tēpare ⁊ multa alia q̄ alijs nō
imputantur. 9. 10. d. e.
Principes ſi volunt bene agere flo
rent hic ⁊ in futuro. ibidem. e.
Per principū iuſticiā perpetuātur
eoꝝ regna. 9. 11. a. b.
Principib9 pcepta dei ſeruātib9 ꝑ
mittiē ⁊ datē ſucceſſū regni in filijs
ibidem.
Principi īputanda ſūt vicia ſubdito
rū cū ea corrigere poſſit ⁊ negligit
. 9. 12. f. g.
De pricipat9 āplitudīe. 4. in ꝓlo.
Principatus morū elegantia eſt ꝑ
merendus nō ambiendus. 4. 1. a.

Princeps circa q̄tuor maxie̅ debet
i̅ſiſtere ⁊ q̄ ſu̅t illa·4·3·c·
Principum multiplex et varia pro
motio·4·6·a·b·
Princeps debꝫ alijs p̄ire ſcia̅ ⁊ vir
tutibus exe̅plo ſanc̄·ibide̅·b·
Principes no̅ ſtati ꝙ peccāt/ſe̅ de ſoli
o expelle̅di ibide̅ d·
Principatu̅ ſalubꝛiter diſponi ſine ꝯſi
lio ſapientu̅ i̅poſſibile ibide̅·e·
Principandi formā tenuit ⁊ docuit be
at9 iob·ibidem·f·g·
A principe nullus debet abire triſtis
4·6·c·
Principu̅ bonoꝝ ꝟ maloꝝ quis ſit
finis·ibidem d·
Ex principatu maloꝛu̅ quot mala p̄
ueniunt·4·7·b·
De principu̅ a̅tiquoꝛu̅ paupertate Et
quō diuicias ꝯte̅pnebāt·4·7·n·
Principu̅ laterales ꝙ̄ iniq̄ in extoꝛ
que̅da pecunia·4·10·p totu̅
Principes debe̅t officialib9 de publi
co p̄uidere ne cogāt a ſubditis pecu
nias extoꝛq̄re·4·10·n·
Principib9 i̅putanda ſe̅t culpe officiali
um/niſi eos corrigāt ibide̅
Principatu̅ null9 debet ſuſcipe/niſi
ſciat velit ꝟ poſſit prodeſſe·4·10·
per totum
Principis ſe̅t oi̅a ad ne̅citate̅·6·1·n·
Principi maxime ſe̅t exactioe̅s p̄uicio
ſe ⁊ rapine officialiu̅ ſuoꝛu̅ q̄b9 vaſ
tant p̄uincias ibidem
Princeps niſi reprimat exactores ꝟ
raptores miſtros ſuos decidet in e
geſtatem·⁊ erit omnibus ſubditis
ſuis odioſus ibid·o·
Princeps debet habere legu̅ peritiam
reiq̄ bellice Et ꝙ in moderatioe̅ et
bono regimine militu̅ ſuoꝝ reluceat
ei9 ſapia̅ atq̄ iuſticia·6·2·a·
Princeps ſi no̅ puniat i̅pugnātes
eccleſiam dei·i̅ ſe p̄uocat gladium
dei·ibidem·g
Principat9 corrupt9 luxuria/no̅ diu
ſtare p̄t·6·13·e·f
Principe̅ ſicut nec decet leuia p̄ferre/
ita nec audire·6·22·a
Principes licꝫ ſint defectuoſi/ſe̅ tn̄ ab
ſencia ſe̅redi Et ꝙ i̅ eis auſpicia pub
lice ſalutis ꝯſtāt·6·23·a·
Principes ſe̅t diſpe̅ſatores publice ſa
lutis/ſicut ſtomach9 i̅ corpe aiali a
limenta diſp̄tit·ibidem
Princeps debet a me̅bꝛis reipublice
vicia amputare·6·24·d
Princeps cu̅ p̄mittit deum offe̅di/⁊
eccias ꝯculcari reputat̄ i̅ſenſibilis
aut doꝛmie̅s 6·24·e·
Princeps e̅ ho̅ris diſtributoꝛ/⁊ ideo
ab oi̅b9 ſubditis ho̅randus·ibidem·f·
Principi no̅ eſt detrahe̅du̅·ibidem
Principib9 no̅ applaude̅tes ecca̅ i̅ ma
lis/ reputātur peccare i̅ regiam ma
ieſtatem 6·26·
Principibus eciam diſcolis ſeruie̅
dum 6·26·c·
Secu̅dum principis merita formāt̄ mo
res ſubditoꝛu̅ ꝟ e contra·6·28·
Princeps in quo differat a tyrāno
8·17·a·b·
De principijs ſcientiarum no̅ licet
dubitare·7·7·b·
Principia ſua habet quelibet religio
7·7·f·
Principiu̅ vnu̅ omniu̅ religionum
quid ſit·ibidem
Principiu̅ ſi ſit dece̅s vniuerſa recte
geru̅tur·7·29·b·ꝛc·

Principium inutile niſi finis bon9
ſequatur·8·27·c·
Principio malo inchoata male fi
niūtur·8·23·n·
Priuilegia exceptionis paratare eſt
iugū xp̄i a ceruice ꝓpria excutere ⁊
diuine ordinatioī reſiſtere·7·19·d·
Pn̄ prudētia ⁊ ſolliatudiē/nec res
publica nec aliq̄ dom9 ſubſiſtit 6·21
Itē de prudētia 8·19·h·i·
Probabile q̄d ſit 3·4·c·
Probabilibus diſſentire protemnū
7·7·d·h·
Probitas laudat̄ ⁊ alget 3·9·c·d·
Probi viri inſani putantur a mun
do·3·9·f·
Probi viri ſpeculātur comediā mū
danā·ibidem·g·
Probo viro licet quandoq̄ modeſ
te hilareſcere·
Prodigi/nō liberales/ſūt facientes
ꝯuiuia exceſſiua ⁊ dātes munus ⁊c̄
8·2·d·h·
Promittē ⁊ nō dare grām extinguit
maxie prudētis ⁊ ꝯ̄uis viri 3·11·a
Promittere non expedit niſi īmine
at neceſſitas ibidē·b·h·
Promiſſa nō ſē ſp̄ ſoluēda·3·11·d·e
Promiſſio iure naturali obligat ibi
dem·g·h·
Promittē īterdū ꝯduabile ibidē·h
De p̄motioē ambicioſoꝝ ⁊ inutiliū
pſonaꝝ 7·19·c·d·
Promoueri ad eccliaſticas dignita
tes debēt digni ⁊ repelli īdigni·7·
20·p totū· Et maxime cauēdū ne
interueniāt munera·ibidē
Promoti p̄ p̄ncipes potētes q̄lit̄ ſe
defendūt ꝯtra reprehēdētes indebi
tas p̄motioēs 7·20·k·l·
De p̄motioē indebita ī ecclia quot
mala eueniūt 7·20·n·o·
Promotio ipioꝝ ꝯ̄uioꝝ ruine p̄
paratio eſt 8·23·n·o·
Proſperitas mundi q̄r nociua ſit·
1·1·a·b·
Prouidētia dei rerū naturā nō mu
tat nec ꝯtra·2·20·b·
Prouidentia dei falli nō p̄t·res tn̄
puiſa nō euenire p̄t/ſʒ p̄uidētia ho
minis falli p̄t 2·22·h·
Publicani ꝯmiſſioni nō iuſtiae va
cant·6·1·f·
Publicani ꝯparantur locuſte athele
bo ⁊ bruco q̄ deuorāt oīa ad q̄ acce
dūt anteq̄ recedāt·6·1·f·g·
Pudicicia in quo ꝯſiſtit Et q̄r aufer
ri nō p̄t ſine mētꝭ corruptioē 3·13·l
Pudicicia virt9 eminētiſſima maxi
me ī mulierib9·8·11·q·
Pudiciae maxime ſtudebant antiq̄
ſacerdotes gentiles·ibidē
Pueri arcēdi ſūt a voluptatib9 ⁊ q̄
buſlibet illicitis·1·4·i·
Pugnādū q̄lit̄ ſit·6·13·d·
Pugnandum nō eſt dolo/p̄dio/ vel
p̄muſſis·4·7·l·m·
Plutarchi recōmendatio Et de ei9
eplā ad traianū·4·m·p̄lo·⁊ p̄ to
tum librum

Querere ⁊ petere q̄d nō pro
deſt adeptū/ineptū facilit̄
⁊ inane·1·4·e·
Querēdi ſtudium·ſcientia clauis diſ
cendi 7·9·c·d·
Inquirēdi ſtudio qualit̄ antiq̄ vigu
erūt·ibidem·g·

Querē debem9 ab alijs qd credi9
eos ſcire nō q̄ ipi ignorāt.2.26.c.
Queſtiōes oēs poſſibiles fieri eciā
ab īpitio null9 eſt adeo perit9 q̄ ſci
at ſoluere nec ex hoc debet quis pe
ritus erubeſcere.2.26.e
Queſtionē nautaꝝ nō potens ſol
uere homerus mortu9 fuit.ibidē.f
Queſtioibus inutiliter verſātur ſco
laſtici arrogantes.7.9.d
Quintiliani recōmendacio ⁊ inuec
tio ei9 in ſenecā Et de ei9 cōparati
one ad ſenecā.8.13.g.h

**R**atio tollit admirationem
exempla ſingularitatē.2.
22.p.
Rationem reddere de omnibus o
pibus dei non eſt nobis poſſibile.
Et ideo ſuā ignorātiā cōfiteri in ta
libus tutū eſt nec alicui incōueniens
cū hoc fecerūt viri pfundiſſimi pau
lus/dauid/ſalomon ⁊c.ibidē.p
Ratio eſt liber ſciendoꝝ.3.1.f
Ratio vnde dicit Et ꝙ ratio ianis
eſt que ī oib9 dubitat.7.2.d
Rationi non debet preiudicare auc
toritas gentiliū.7.10.k
Rationes originales ⁊ ſeminarie
loſophi nomen circa ariſtotilem vē
tū placito contractum eſt. Fuit au
tem facundus eloquio. ſed vberioꝛ
ſenſibus. ⁊ doctus ſententijs om
nium obuiare. Hic eſt qui prim9
ſtudioꝛum genera in agroaticum
et exotheriaum dicitur diſtinxiſſe.

Nam familiares ⁊ quaſi domeſticā
admittebantur in agatica Exothe
rica vero nō modo extraneis · ſʒ hoſ
pitib9 patebant ⁊ pegrinis // Fue
runt qui eū incubi demonis filium
crederēt ꝓpter agilitatē corporis · per
ſpicaciā ingenij · ⁊ glorie appetitū ·
ꝗ multiplici induſtria omnibus pri
pere cōſueuerat Teſtatur de eo va
leri9 maxim9 · quia ſupme vite reli
quias ſenilibus ac rugoſis mēbris
in ſūmo lectum ocio vix cuſtodiens/
adeo valēter ꝓ ſalute patrie incubu
it · vt eam ab hoſtilib9 armis ſolo
equatā in lectulo athenienſi iacēs
quidem macedonū manib9 quibus
abiecta erat eriperet Ita vrbe ſtrata
atqʒ euerſa alexandri familiarita
te qua reſtituta eſt · ariſtotilis opus
notū eſt Licet aūt noīm et verborū
turbator habeatur · nō modo ſubtili
tate qua cūctis celebris eſt · ſʒ mira
ſubtilitate dicēdi eualuit adeo qui
dem vt platoni merito ꝓxim9 fuiſſe
videatur Eum laudis fuiſſe cui
diſſimū vel ex eo conſtat ꝙ cū theo
docti diſcipulo libros artꝭ oratorie
vt eos ederet cōceſſiſſet moleſte fe
rēs poſt ea tantū laudis ⁊ glorie ti
tulū ſe alij ceſſiſſe ꝓprio volumīe q̄
buſdā rebus inſiſtens planius ſibi
de hijs in theodoctis libris dictum
adicat Vnde valerius maxim9 Ni
ſi me tam late ⁊ tam patētis ſciētie
verecūdia teneret/dicerē dignū phi
loſophū/cui9 ſtabiliendi mores alti
oris aīmi philoſopho traderentur ·
¶ Ceterū gloria ne ab hijs quidē
qui contēptū ei9 introducere conan
tur negligitur? Nam ⁊ volumib9
nomina ſua diligenter adiciunt · vt
quod ꝓfeſſione leuāt vſurpatione
memorie aſſequantur Hic eſt cui9
diſputationib9 effectū eſt vt acha
demia moueat · magis rationū ꝙ
colliſione ventorū Licet ei peripate
ticis nō achademicis cenſeatur · ea
tamē ſollicitūdīe de ſingulis maxime
ceperūt platonici qui relicti erant fe
re de omnib9 dubitare // Si quidē
poſt mortē platonis euſippus ſoro
ris ei9 filius et xenochrates dilect9
ei9 diſcipulus in ſcolam que achade
mia vocabatur eidē ſucceſſerunt · ⁊
ob hoc ipſi ⁊ ſucceſſores eorꝫ acha
demici appellabantur a loco · ſicut
platonici a magiſtro Ex quib9 val
de nobilitati ſunt greci · plotin9 · iā
blicus · ⁊ porphirius catholice veri
tatis vt dicit peſſim9 impugnator
In vtraqʒ vero lingua · greca ſcilicʒ
et latina nobilis extitit apuleius
affer : vir magnus in primis · ⁊ q̄
venuſtate morum et diſcendi copia
ſocraticum fontem ⁊ torrentem pla
tonicum facile redolcat · vel tenuiter
ſapienti · Ab hijs fluxerunt et alij
multi · qui dubitalia diſcutere ſicut
nulli preiudicaretur maluerunt ; ꝙ
auſu temerario diffinire · maxime
cum occultam crederent veritatem
rerum/de quibus in vtramqʒ par
tem probabiliter diſputatur Vnde
et achademicorum antiquiſſima re
gula eſt · vt quiſqʒ quod ſibi occur
rit probabile ſuo iure defendat ·
¶ Capitulū ſeptimū De alia ſen
ſus alia ratiōis · alia religionis auc
toritate probantur · et ꝙ fides in
omni doctrina aliquod ſtabile ſtatū

cendicat· quod probari non debet·
ꝟ ꝙ alia per ſe doctioribus innoteſ
cunt· alia rudibus ꝟ quatenus du
bitandum ſit· ꝟ ꝙ pertinacia veri
tatis inquiſitionem plurimum im
pedit·

Sunt etiam nonnulla que
ſenſus/rationis/aut religi
onis ꝑſuadet auctoritas·
Horum dubitatio infirmitatis/er
roris notam habet aut criminis·
Querere enim an ſol ſplendeat· al
beat nix· ignis calcat hominis eſt
ſenſu indigentis At vero an terna
rius maior ſit binario· ipſum quo
qꝫ totum ⁊ medietatem eius conti
neat querere; ⁊ an quaternari9 ſit
dupl9 binario indiſcreti eſt ⁊ cui eſt
ratio ocioſa· aut deeſt omnino·
Qui vero an de9 ſit deducit in queſ
tionem ⁊ an idem potens ſapiens
ſit an bonus; nonmodo irreligio
ſus ſed perfidus eſt ⁊ pena docente
dign9 eſt inſtrui Sunt eni in om
nibus phiſicis diſciplinis/ quedam
prima· ⁊ vt ita dicā certiſſi verbo
primitiua principia de quibus eo
rū auctore dubitarē nō licet/niſi hijs
quorum labor in eo verſatur/ne q̄d ſci
ant Nam ſicut quedam ſe corpore
is ſenſibus ingerūt· vt apud ſenſa
toslatere non poſſint· quedam ſubti
liora ſunt vt niſi familiarius adhi
bita· ⁊ perſpecta diligentius ⁊ per
tractata ſint non ſentiantur· ſic ſūt
aliqua tanta ſui luce perſpicua; vt
latere non poſſint rationis aſpec
tum· ſed cōmuniter videantur ab
omnib9 magis tamen ⁊ minus ⁊
pro capacitate ⁊ virib9 ſingulorum

Alia quidem ſūt que quaſi quo
dam ſcrutinio indigent ⁊ quia iſto
rum ꝯſecutiua ſunt/diligentius per
ſcrutantem latere non poſſunt· Et
hijs tñ ꝟ illis q̄dā videt̄ anteriora
eſſe/q̄ rō phie/q̄ſi i fidei fundamēta
ꝯſtituit· petēs vt ſpe ꝑfiīcedi/ea ſibi
gratuito cōcedantur Sic ꝟ geome
tre/p̄mo petitiones quaſdam/quaſi
totius artis iaciūt fundamēta· dein
de ꝯmunes aīmi ꝯceptiōes adiciūt
⁊ ſic acie ordinata/ad ea que ſibi ſt
demonſtrāda procedūt· ſed et petiti
ones ipſi adeo conſentiūt rationi;
vt ꝯteruire videantur quiſquis eas
vel hoſti nō cōcedit· Hic tamen ne
quaq̄ agitur de hijs que ad cultū
religionis pertinēt/quoniam ⁊ ibi
nōnulla quodāmodo petuntur; que
vt fides amplι9 mereatur experiēti
am rationis excedūt· Sed hec ipā·
⁊ ſi ratio nō vrgeat debētur pieta
ti· vt in ſacramētis vbi ratio deficit
adhibeatur fides; multꝭ beneficijs
magniſqꝫ miraculis ꝯmeruit xp̄s
cui nō credi/impium eſt· ſicut a pro
babilib9 diſſentire pertinaciter / eſt
protcruū· Quis enim niſi inſanus
aut protervus negauerit· quin ab
omni puncto ad omne punctum op
poſitum/poſſit linea recta procedi?
Nam ſicut in edificijs neceſſe eſt a
liquid fixum eſſe ꝟ ſtabile cui erigē
da ſtructura poſſit inniti· ſic in omni
doctrina aliquod ſtabile initium pro
cedendi/neceſſitas conſultiſſime ra
tionis expoſcit Alioquin quicquid
opifex adicit nutat/ac ſi in lubrica
arene aut bituminis quis edifi
cet· aut ſcribat in fluminis lapſu·

Nam incertis certiora faciūt fideꝫ
Si ergo nichil sequitur. nisi aliud
antecedebat. si mot9 oīa quiete p
cedit. quis potest ei probatiōis esse
processus/qui nusq̄ͣ q̄escit aut nulli
acquiescit? Si namq; cui omnia e
q̄ probabilia sunt. nichil ꝓbari po
test// Sed ⁊ coꝝ q̄ perspicua sūt.
alia sunt omnib9 nota Alia doctori
bus tantum. vnicuiq; sc̄dm propri
am facultatē Nā numerū omnem
parem esse vel imparem ita publice
notū est/vt nec pueros lateat. qui
bus licentia etatꝭ indulget ludere.
par impar/equitare in arūdine lon
ga/edificare casas. plastello adiun
gere muros Hoc autē ꝙ oīs multi
plex quoto loco distat ab vnitate/
tot sup particulares sui generis an
cedit/hijs dumtaxat innotuit q̄ nu
meris operam impēderūt// Mathe
maticus aūt ꝯsulacor nouit quia di
uersa sūt id qđ est. ⁊ esse rei Et sic
in singulis disciplinis/ q̄dam suis
opificib9 innotescunt. qui nōmodo
vulgo. ſ3 alijs philosophis occultā
tur// Habet ⁊ religio quelibet pre
cipua sua. q̄ aut ratio ꝯmunis/aut
pietas ꝑsuasit. quibus ꝓficit in cul
tu dei ⁊ moꝝ exercicio ad beatitudi
nem obtinēdam Est aūt vnū oīm
religionū principiū. quod pietas/
gratis ⁊ sine vlla ꝓbatione cr̄edit
deum. s. potentē. sapiētem. bonū. ve
nerabilem. ⁊ amabilē esse Nam e
pycureorū/deū esse negantiū/et cu
sui subiacentiū omia iam p̄dem auc
tore dei hoie/explosa sententia est
Obuiare ergo p̄ncipijs aut rebus
p se notis. siue de hijs ambigere in
sensati est aut vecordis. siue quod
deterius est criminosi Sed nec de
hijs dubitare licet. q̄ ex p̄ncipijs cō
sequūtur. dū ea tamē sequi planū
sit Interim nāq; questionib9 sunt co
gitanda. dū illoꝝ ad p̄ncipia. vel cō
secutiua eorū coherētia nō pateat.
Nam de singulis istoꝝ dubitarē nō
est inutile Et quidē in talib9/donec
apprehēderēt veritatem/ achademi
coꝝ ꝓbabiliū disceptatio vertebatꝰ
Quid enī refert aut quoꝝ interest.
si qui semꝑ ⁊ oīa querebant discen
tes. ⁊ nūq̄ͣ ad scientiā veritatꝭ per
uenientes. quia nichil certū habere
nouerāt?// Hāc ergo legem acha
demicoꝝ ꝑscribit cicero/ vt cu phi
losophandi ꝓpositum est. dum res
obscura est/querāt/dum probabileꝭ
elucescit veritas/acquiescat Ait enī
Nos qui seq̄mur probabilia. nec vl
tra id quod ꝓbabile occurrit/ꝓgre
di possum9. ⁊ refellere sine iracūdia
⁊ refelli sine ꝑtinacia pati sumus.
Hec enī duo inuētioni veritatꝭ plu
rimū aduersantur. si aut vera dicen
ti/quis succenseat. aut ꝑtinaciter in
falsitatis defensione laboret Nam
vt ait ethicus Impedit ira animū
ne possit cernere verū. ⁊ veritas ipā
īcarnata recessit ab eis. q̄ in corozaī
im et bethsaida spūi scō pertinacius
restiterūt Sed ⁊ iudeos pertinacia
excecauit. vt adhuc oculos eoꝝ ve
lum templi teneat/qđ dn̄o patiēte
scissum est a sūmo vsq; deorsum.
¶ Capitulum octauū De virtus
vnica via est philosophandi ⁊ cun
di ad btitudinē. ⁊ de trib9 gradib9
accedentiū. ⁊ de trib9 sectis phoꝝ.

Veritatem quia nō omnes
oīa poſſūt. ⁊ ſpūs vbi vult
ſpirat. ⁊ frequēs eſt. vt ea
rum q̄ a doctoribꝰ profertur multi
tudinis ſit multiplex intellectꝰ. ex
v̄bis ſocratis ⁊ platonis ſecte mul
te profluxerūt. oēs tamen ad vnū
ſed quaſi ꝑ varias ſemitas ꝓperan
tes. Illud aūt quo oīm rationabili
um vergit intētio vera beatitudo eſt
Nemo etenī eſt qui nō velit eſſe be
atus Sed ad hoc qḋ deſiderāt/nō
oēs incedunt vna via. Vna tamē
eſt omnibꝰ via ꝓpoſita. ſ; quaſi ſtra
ta regia ſcindit̄ in ſemitas multas
Hec autem virtus eſt Nā niſi per
v̄tutem nemo ad beatitudinē ꝑgit
Citra v̄tutis opa/forte quis/et ꝓ
culdubio ſine operibꝰ/ ad beatitudi
nem trahitur. ſed eo nullus niſi vir
tutis paſſibus ꝑgit. Virtꝰ ergo feli
citatis meritū eſt. felicitas v̄tutis
ꝑmium. Et hec quidē bona ſūt ſū
ma. Alterū vie. alterū pꝛie Nich
il enī v̄tute preſtāciꝰ. dū exul pere
grinatur a dño. nichil felicitate me
lius/dū ciuis regnat ⁊ gaudet cum
dño. ſūt aūt hec omnibꝰ alijs preſ
tanciora. qꝛ v̄tus oīa agenda. felici
tas oīa optanda cōplectitur. Felici
tas tamē v̄tuti preſtat. quia ī om
nibꝰ preſtāciꝰ ē ꝓpter qḋ aliquid ;
q̄ꝫ qḋ ꝓpter aliquid. Non enī felix
eſt quis vt recte agat. ſed recte agit
vt feliciter viuat. Vn̄ et ſocraticū il
lud in ſaturnalium libro laudatur.
Multos hoīes ꝓpterea velle viuere
vt ederent ⁊ biberēt. ſe/ bibere atq;
eſſe/vt viueret // Vnum igitur ⁊ ſin
gulare ſūmū oīm bonoꝝ beatitudo
eſt. ſed ab eo ē aliud quodāmō quo
rūdā collectioē ſūmū. ⁊ eo ipō ſupi
us alijs q̄ ad illud. quod vere ſin
gulariter et vnice ſūmū eſt familia
rius accedit Ceterum ad neutrꝰ
apprehēſionem niſi philoſophia du
ce humana infirmitas conualeſcit.
Quiſquis enim ſine ea ad beatitu
dinis viam tendit quaſi cecus in lu
brico tendens ad alta preſumptio
ſue cadit. Vnde eam diuinarum ⁊
humanarum rerum cōpotem eſſe ci
ſippꝰ aſſeruit. nec vnq̄ꝫ ſatis poſſe
laudari que vicia expellit. virtutes
oſtendit ⁊ confert. et in humana in
firmitate diuinā quodāmodo repa
rat integritatem. Et vt ſenſum ſuū
expreſſius proferat. omnes qui nō
ab illa vel ad illam vigilant qḋ ta
men ab illa eſt. brutis animalibus
dicit eſſe cōformes. immo et ſtupē
dum contra naturam miraculum/in
corporibus humanis brutos homi
nes eſſe. Tria vero genera homi
num/qui homines ſunt. alios enim
brutos eſſe aſſeruit Alij enim iam
iocunditate ſapientie ꝑfruuntur ⁊
hij ſapientes ſunt. alij accedunt vt
fruantur. ⁊ hij philoſophi ſunt. alij
aſpirant ad accedēdum ſcilicet qui
nōdum ſunt ⁊ eſſe philoſophi concu
piſcunt Cōſtat enim eſſe q̄ꝫ pluri
mos qui nōdum philoſophantur. ⁊
vitā philoſophoꝝ ſi nō opere ſaltim
deſiderio emulant̄. Ego ſententiā ciꝰ
tanto ſecurius approbo ; quāto cū
m̄ videre videor ſci ſpūs auctorita
te ſubnixā dicēte ꝓpha. Concupiuit
aīa mea deſiderare iuſtificatiōes tu
as. ī omni tempore In quo m̄ tres

premiſſos ordines manifeſte videt̃
expreſſiſſe ¶ Cū enim plato ſapi
entem dicat eſſe cultorem dei quis
alius habēdus eſt ſapiēs ꝙ ille qui
moratur in iuſtificationibus dñi et
mulcente ſe ꝯſciētia bonorū operꝫ/
vere felicitatꝭ ſaporē tota mētis aui
ditate iam p̄guſtat ⁊ ſētit. Procul
dubio nequaꝙ̄ illius expers eſt. cui
agnita beatitudo dulceſcit ⁊ ei expe
tibiliū cumulꝰ adeſt. qui ī vita guſ
tat et vidert: ꝙ̄ ſuauis eſt dñs Phi
loſophus autē cuius intencio dirigi
tur illuc. vt ſapiat. eodem auctore/
amator dei eſt. Et vicia ſubigens. re
bus agnoſcēdis applicat animū vt
hijs agnitis ad verā beatitudinem
poſſit accedere Hec enī hominē bea
tum faciūt ſi et vicioꝝ ſoluātur vin
cula. et quaſi quibuſdā gradibꝰ con
templacōis luadū ⁊ indeficientem
fontē boni detur inuiſere. Nā felix
qui potuit rerū cognoſcere cauſas.
et vt ait poeta Nobis enim vnde
ūqꝫ proueniāt placent inꝗ tamen
ta virtutum Felices anime quibus
has primū cognoſcere cauſas Inqꝫ
domos ſupas ſcādere cura fuit Cre
dibile eſt illos pariter vicijs ꝫ iocisꝫ:
Altiꝰ humanis exeruiſſe caput Nō
venus et vinū ſublimia pectora fre
git Officiūqꝫ fori. miliciere labor.
Non leuis ābicio perfuſaqꝫ gloria
fuco Magnarūqꝫ fames ſollicitauit
opum Admouere oculis diſtātia ſy
dera noſtris Etheraqꝫ ingenio ſup
poſuere ſuo Sic petitur celū non vt
ferat oſſan olimpus Sūmaqꝫ pelia
cus ſydera tāgat apex ¶ Nullum
tamen officiū eſt miliciē aut domi.

quod nō philoſophia ꝯtractꝫ/quip
pe q̄ ſola excludit vicia et ſine qua
recte nichil inter homīes geri poteſt
Sicut aūt morari ī iuſtificatōibꝰ
id eſt ī expletiōe mādatoꝝ dei ſapi
entē facit Nā ⁊ ꝓpha dicit. a māda
tꝭ tuis ītellexi. ſic aīm explēdis ap
tare ea demū veriſſima phia eſt Sꝫ
ſunt qui nondū explent aut aptan
tur explendis approbāt tamen qđ
ſuſpiciūt in alijs. ⁊ illis auctore deo
deſiderant ꝯformari. Eſt ergo gra
dus eminentiſſimus eorū qui in iuſ
tificationibus occupātur. Medius
quorum animus expeditus eſt a vi
cijs. vt ex amore occupetur in illis
Infimus. qui deſiderāt expediri. vt
hoc ipſum concupiſcere poſſint. Qui
et ſi non ſint. deſiderāt tamen eſſe
philoſophi Horum perſonam īdue
rat propheta dicens. Concupiuit
anima m. d. iuſti. t. in om. t. Eius
namqꝫ tanta eſt pulchritudo quod
ſi vt ait plato videri poſſꝫ oculis cor
porꝭ amore ſapiētie mirabiliter ho
mines inflāmaret. adeo quidem vt
primo aſpectu neceſſe eſſet ōnes in
amorem incidere Hanc amat et ex
quirit a iuuētute ſua fidelis anima
cuius ſenectus conſtat in grauitate
morum ⁊ puerilis etas in ignoran
tia et lubrico vicioꝝ Sup ſalutem
inquit Et oēm pulchritudinē dilexi
ſapientiā. ⁊ ꝓpoſui ꝓ luce habere il
lam. venerūt michi oīa bona parit̃
cū illa ¶ Si ergo bona oīa ſapiē
acceſſoria ſt̄ ⁊ phia ſtudiū ſapiē. ꝑ
fecto phiandi ꝯtēptus bonoꝝ oīm
excluſio eſt Unde colligitur ꝙ ꝗto
quis philoſophie diligentiꝰ īſiſtit:

eo fidelius et rectius ad beatitudi
nem ꝑgit. Nam virtutes quibus
itur in ſingulis officijs illa diſpen
ſat. Sed quia veteres licet ex par
te animas crederent immortales:
vite eterne que poſt iſtam futura ē
nondum inſtructionem acceperant.
ſummū bonū in virtute ↄ̄ſtituerūt
quo plane nichil meliꝰ eſt. niſi fru
eo qui ſūme bonꝰ et ſummū bonū
eſt. vſus enim virtutis optimꝰ eſt.
⁊ vtendi deꝰ ipē eſt fructus. Cū er
go ṽtus ſola beatū faciat/ ad thro
nū eius/ ſumpta occaſione ex tradi
tionibꝰ doctioris ꝑ varios calles aſ
cendere conati ſunt. Stoicus ei vt
rerū ↄ̄temptū doceat in mortis medita
tione vſatur Perypatheticus in in
quiſitiōe veri volutatur in volupta
tibus epycurus. Et licet ad vnū te
dant/ varias ſentēcias quaſi vias be
atitudinis auditoribꝰ ſuis aperiūt
De quibꝰ dubitare ⁊ querere liberū
eſt. donec ex collecione propoſitorū
quaſi ex quadā rationū colliſiōe ve
ritas illuceſcat. Sed de hijs latiꝰ
in ſequentibus dicetur. Nūc ſuffici
at oſtendiſſe in quibus achademi
ce vacillantes liceat imitari

¶ Capitulum nonū De arrogan
tia multitudinis imperite ⁊ qualit̄
legenda ſint que prodeſſe poterunt
⁊ obeſſe. Et quod ingenio vel exerci
cio ſine gracia ſapientia non contin
git.

PAuci tamen ſunt qui acha
demicorum imitatores eſ
ſe dignentur. cum vnuſqſ
q; pro libitu potiꝰ q̄ ratione eligat
quid ſequatur. Alij nāq; proprijs:
alij doctorū opinionibus. Alij mul
titudinis conſorcio diſtrahuntur.
Quid enim dubitat qui iuratus in
verba magiſtri. non quid. ſed a quo
quid dicatur attendit. Quid vis
enim clatrat acriter. ⁊ quo imbuta
eſt puerilis etas: de intimis philo
ſophie abditis erutum putat/ para
tus. ⁊ de lana caprina contendere.
credens inopinabile ſi quid igno
tum auribus eius inſonuit. nec rati
onibus acquieſcit quē doctoris cap
tiuauit opinio. Quicquid enim ꝓ
tulit autenticū. ⁊ ſacroſanctum eſt.
Ille tamen facilꝰ contradicat. ⁊ ꝑ
tinacius reluctatur. qui in paucitate
addiſcenda rerum ↄ̄ſumpſit etatem.
⁊ tanta verborum anguſtia premi
tur. vt ſi verbum vnū aut duo ſub
duxeris/ eliguis fiat: ⁊ quis ſtatu
a taciturnior. marmoreum putes.
⁊ in auditorio pytagore / aut mo
nachorum clauſtro/ non tam vſum
q̄ neceſſitatem ſilencij didiciſſe.
Si quis iſtorum in manꝰ tuas for
te erudiendus inciderit. merito faci
es quod thymotheū q̄ in arte tibia
rum excellebat feciſſe refert quintili
anꝰ in libro de inſtitutiōe oratoris
Hic quidem duplas mercedes exi
gebat. ⁊ accipiebat ab hijs qui fu
erant male preinſtituti: q̄ ſi omni
no rudes accederent. Error enim
duplicē laborē exigit. cū et euellen
da ſint ꝑuerſe inſtitutionis ſemina
et bone ſint fidelius inſerenda.
Suſpice ad moderationis philoſo
phorum temporis noſtri. illos qui
altius preconantur. quos auditorū
multitudo circūſtrepit diligēt̄ attēde

eos in regula vna aut duobus aut
paucis verbis inuenies occupatos
Aut vt multũ paucas queſtiões
aptas iurgijs elegerũt· in quib9 in
geniũ ſuũ exerceãt· ⁊ ↄſumãt etatẽ
Eas tamen nõ ſufficiũt enodare· ſʒ
nodũ ⁊ totam ambiguitatem cum
intricatione ſua ꝑ auditores ſuos
tranſmittũt poſteris diſſoluendum
Eo loci vt cõgrediaris· inuitant· in
ſtant· poſtulant qʒ conflictum· ſi dif
fers manũ conſerere· ſi paululũ mo
raris inſiliunt· ſi accedis· ſi tandem
ĩuitus congrederis· ſi premis· late
bras querunt/variant faciem· verba
diſtorquẽt· ꝑſtigijs ↄformãtur· lu
bricum ⁊ volubilem prothea mica
beris rediſſe· niſi q̄ tenere facilius
poteſt/ſi in eo perſiſteris· vt quocũ
qʒ verba defluant ⁊ voluãtur· quid
velint intelligas· ⁊ quid ſenciãt in
tanta varietate verborum ⁊ tandẽ
vincientur ſenſu ſuo· ⁊ capiẽtur ver
bo oris ſui· ſi ſententiã eoꝝ que di
cũtur attigeris/firmiterqʒ tenueris
Ea tamẽ de quibus diſceptatur in
utiliora ⁊ alijs viliora ſũt· cum pa
tuerĩt Si ꝓgrederis· ſi pudet et pi
get in nugꝭ diucius occupari ad di
uerticula ꝯpoſite queſtionis relabi
tur: ⁊ quaſi ad ſinũ mris recurrens
more antei ab eo in quo genit9 eſt
⁊ nutritus vires repare contendit·
Hic circuit· tot facit anfractus · vt
ad viſitata recurrat ac ſi laborintũ
oporteat circuiri Serpente ciconia
pullos Nutrit ⁊ inuẽta ꝑ deuia ru
ra lacerto Illi eadem ſumptis que
runt aĩalia pẽnis· vultur iumẽto
⁊ canibus crucibus ⁊ relictis: ad fe

tus properat· partemqʒ cadaueris
affert Hic ẽ ergo ab9 magni quo
qʒ vulturis· ⁊ ſe paſcentis· propria
cũ iam facit arbore nidos· Sed le
porem aut capream famule iouis
⁊ generoſi: ĩ ſaltu venantur aues·
tunc preda cubili ponitur Inde au
tem cum ſe matura leuauit/proge
nies ſtimulante fame feſtinat ad il
lam: quam ꝑmam rupto predam
guſtauerat ouo Si ergo eos a ver
bis ſuis ſuſpenderis· fere inopie eo
rum in omni facultate poteris miſe
reri Sunt enim qui preſtare videã
tur in ſingulis· ſunt qui partes phi
loſophie vendicent vniuerſas· nec
min9 tamen ſunt in ſingulis philo
ſophie copia deſtituti Sunt qui ab
vna perfectionem ſperent· ſunt qui
vniuerſis inuigilant· inopes ſingu
larum· Nec facile tamen dixerim
quos magis credam eſſe erroneos
cum nec ab vna perfectio conſtet· ⁊
nemo fideliter queat omnibus inſ
ure Qui tamen ab vna petit omẽs
ĩeptior eſt· arrogantior qui omnes
profitetur In vno ad omnia occu
pari deſidis eſt· ſed faſtidientis ⁊
non proficientis/omnia circuire ·
Ceterum qui multa percurrit· vt
eligat cui ſit pocius inſiſtendum cir
cumſpectus eſt· ⁊ alijs examinatis
ꝑelectioni ſue fidelius ſeruit Eo for
te ſpectat preceptũ ethici legere li
bros precipientis In libello quoqʒ
ꝑuuli iniciantur vt virtutis inſtruc
tio et vſus/teneris ebibitus aĩmis
facile nequeat aboleri· quoniam ⁊
teſta diucius ſeruat odorem eius quo
ſemel eſt ĩbuta recens: ait vel cato

vel alius· nam auctor incertus eſt·
Multa legas facito perlectis perle
ge multa ¶ Quo quidem aliquid ēē
vtilius ad ſcientiam aſpiranti facile
nō crediderim· preter obſeruātiam
mandatorꝫ dei· in qua ſingularis ꝛ
vnicus indubitanter eſt philoſophā
di profectus ¶ Hic tamen omnia
legenda ſunt· vt eorū aliqua cum
lecta fuerint negligātur· reproben
tur nōnulla· aliqua videātur in trā
ſitu· ne ſint oīo incognita ¶ Sed pre
omnibus maiori diligentia inſiſten
dum eſt· que aut politicam vitam ſi
ue in iure ciuili ſiue ī alijs ethice p̄
ceptis inſtituūt aut procurāt corpo
ris ꝛ anime ſanitatem ¶ Cum enim
illa que precipua eſt īter liberales
diſciplinas ſine qua nemo recte doce
re aut doceri poteſt· ſit in tranſitu· ꝛ
q̄ſi a limine ſalutāda· quis in alijs
cenſeat īmorandū· q̄ aut intellectu
difficiles/aut effectu inutiles· ꝟ p
niciose nō faciunt hoīem meliorem
¶ Nam ꝛ ea ipſa quorum vſus neceſ
ſarius eſt· ſi hoīem īmoderacius oc
cupauerint perniciosiſſima ſunt ¶
Poetas· hyſtoricos· oratores/ma
thematicos· probabilis mathema
tice· q̄s ambigit ēē legendos/maxi
me cū ſine hijs viri eſſe nequeant·
vel nō ſoleant litterati? ¶ Qui enim
iſtorum ignari ſunt/illitterati dicun
tur· ꝛ ſi lr̄as nouerint ¶ Cum tamen
quaſi in ius ſuum vendicant aīmū·
ꝛ ſi polliceantur noticiam rerum/ꝟ
tutis tamen dedocent ꝛ ſubmouēt
cultum ¶ Unde cicero cum de poetis
ageret vt diligentius audiatur ex
clamat ¶ Clamor et approbatio po
puli quaſi magni cuiuſdam ꝟ ſapiē
tis magiſtri ꝛ qui ad commendatio
nem ſufficiat plauſu ſuo· quos vult
facit autenticos· ¶ At illi qui tantis
laudibus efferuntur· quantas ob
ducunt tenebras · quos inuehunt
metus· quas inflamāt cupiditates
¶ Hij ſtupra· adulteriaqꝫ conciliant/
varias doli reparant artes· furta· ra
pinas· incendia docent que ſūt aut
fuerūt ꝑmo que fingi poſſunt· ma
lorum exempla proponunt oculis
multitudinis imperite · ¶ Que incen
dia celi ſucceſſi· aut maris iundatio·
aut terre hyatus· tātas fecit ꝑplorꝫ
ſtrages· q̄ꝫtas iſti faciunt morū ¶ Co
micus qui pre ceteris placet/ī eunu
cho refert adoleſcentis libidinem in
flāmatā· cum tabulam picturam vi
deret continctem· quo pacto deus q̄
celi templa ſonitu concutit· per ipluui
um auro miſſo incluſam terre ꝛ ſep
tam cuſtodibus corrupcrit danem·
¶ Similes ī ſingulis picturas videt·
miratur ꝛ laudat multitudo ¶ Nam
que virtutꝭ incitamenta ſunt rarus
ſpectator attendit ¶ Ere que res in ſe
neqꝫ conſilium· neqꝫ modum habet
vllum/eam conſilio regere non po
tes ¶ In amore hec omnia inſunt vi
cia· iniurie· ſuſpiciones· inimicicie·
inducie· bellum· pax rurſum ¶ Incerta
hec ſi poſtules· ratione certa facere·
nichilo plus agas q̄ꝫ ſi des operam
vt cum ratione inſanias ¶ Et quod
nunc tute tecum iratus cogitas ego
ne illam · que illum· que me: que
non: ſine modo· mori me malim·
¶ Senacet q̄ vir ¶ Hec verba vna me
hercule falſa lacrimula q̄ꝫ oculos

terendo miſere vix vi expreſcit reſtin
guet et te vltro accuſabit· et dabis
ei vltro ſuppliciū ¶ Ad depellendū
meretriū ꝯtumelias racio euidens
eſt quā ſeruꝰ induīt· ſed quicquid ī
hāc partē loquūtur ita accipitur ac
ſi inſanū amatorem reuocet ſeruus
Eos tamē alibi ꝯmendat plurimū
idem cicero dicens· Poetas et vari
os ſcriptorēs artium aut rerū geſta
rū / ſolus ille ꝯtemptibiles facit qui
nō veretur ꝯtēpni· Nam et vtutis
habet vſum et philoſophādi mate
riam pbent· Notant enī non docēt
vicia· ⁊ aut vtilitatꝭ cauſa grata ſīt
aut voluptatꝭ Hic aūt p morꝫ diſ
crimina trāſeunt· vt vtuti faciāt lo
cum Nā p tela p ignes· per maris
varias procellas· p tot motus ſedi
ciones· ⁊ inſidias populorꝫ ſcillā p
trāſijt et caribdim· vt ad patriā ſu
am ſaltem in ſenectute vlixes repe
daret · Socios varijs exilij amiſit
caſibꝰ · ſed eos aut fortune violēcia
aut nature īfirmitas· aut animi vo
luptas abſūpſit· Horꝫ tamen oīm
iocūda relacio eſt· amicū puiſus caſꝰ
et amatus ſi ſit· proficit ad cautelā
et quo familiarior fuerit cū labentꝭ
ſocietas· eo caſus quēqꝫ magis ab
ſterret Siquidē exēplis ſepe magis
ꝓficitur ꝙ̄ pceptis· Mala enī vitā
tur faciliꝰ· quo fideliꝰ pcognita fu
erint· vix ⁊ quodāmodo ſolus euaſit
vlixes· ſic ad phie iocūditatē ⁊ qāſi
patrias voluptates pauciores eua
dunt ¶ Cōſonat et ſi liricū / conticē
te lyra / dignatꝭ audire· flaccꝰ· aut
ſi mauis oraciꝰ· qui plꝰ honeſtatꝭ
et vtilitatis ſe apud meoniden in

uenisse gratulatur· ꝙ̄ plurium flos
corꝫ ſit pceptis expreſſū· Ait enim
Troiani belli ſcriptorem maxime
lolli Dū tu declamas rome pneſte
relegi· Quicquid ſit pulchrum q̄d
turpe· quid vtile· quid nō· Pulchri
us ⁊ meliꝰ criſippo vel crantore dicit
Fabula qua pter paridis narratur
amorem· Grecia barbarie lento col
liſa duello· ſtultorꝫ regum et popu
lorꝫ cōtinet eſtus· Antenoris cenſet
belli ⁊ pſcindere cauſas· ꝙ paris vt
regnet ſaluus· viuatqꝫ beatus· cogi
poſſe negat· ſedicione dolis· ſcelere
atqꝫ libidine· et ira⁚ yliacos intra
muros peccatur et extra· quicquid
delirant reges plectūtur achiui· E
go aūt in illorū ſententiā facile me
cedo / qui non credunt ſine lectione
auctorum poſſe fieri hominem litte
ratum Lrārum tamen copia neque
ꝙ̄ philoſophum facit· Gracia ſiqui
dem eſt que ad ſapientiam ſola per
ducit ¶ In ſumma ſiquidem copia
litterarum· aut ignorancia interdū
aut negligencia veritatis eſt· ſine q̄
impoſſibile ē quemꝙ̄ fieri ſapiētem
Unde ⁊ doctor ille eccleſie cuius ne
mo ſatis memor eſſe poteſt auguſti
nus· varronē arguit quem tamen
vt litteratiſſimum fuiſſe doceat· ait
poſt cetera quibus ſingulari preco
nio commendatur· Deniqꝫ ⁊ ipſe tul
lius huic tale teſtimonium phibet
vt in libris achademicis dicat· eam
que ibi verſatur diſputationem ſe
habuiſſe cum· M· varrone· homine
inquit omnium facile acutiſſimo vel
ſine dubitatione doctiſſimo · Non
ait eloquentiſſimo vel facūdiſſimo·

quoniã re uera in hac facultate mul
tum impar est. sed omniũ facillime
acutissimo et indubitãter doctissimo
¶ In primo autẽ libro cũ eiusdem
varronis litteratea opera pdicaret:
nos inquit in nostra vrbe peregrinã
tes errãtes; tanq̃ hospites / tui libri
quasi domũ reduxerũt. vt possem9
aliquãdo qui ⁊ vbi essemus agnos
cere. Tu etatẽ patrie tu descriptio
nes temporũ. tu sacrorũ iura. tu sa
cerdotum. tu domesticã. tu publicã
disciplinam. tu sediũ regionũ. loco
rum tu omniũ / diuinarũ humanarũ
q; rerũ nomina. genera. officia. ⁊ cãs
aperuisti Iste igitur vir tã insignis
excellentis; pericie. qui tã multa le
git vt ei aliquid scribere vacasse mi
remur tam multa scripsit q̃ multa
vix quemq̃ legere potuisse credam9
Iste inq̃ vir tãtus ingenio. tantis;
doctrina. si rerum velut diuinarũ de
quib9 scribit oppugnator esset atq;
destructor. eas; nõ ad religionem. s;
ad superstitionẽ diceret ptinere: nes
cio vtrũ tam multa i eis ridẽda. con
tempnenda. ⁊ detestanda conscribe
ret ¶ Cum ergo viri acutissimi et
sine vlla dubitatioẽ doctissimi sẽcũ
ne teste / supstitio scriptis; ꝓ'p'ijs eã cõ
uincẽtib9 arguat cõstetq; supstitionẽ
falsitatis vicio virtuti q̃ i sola veritate
cõsistit esse opposita. ⁊ sapiẽtiã sine
virtute esse nõ posse. q̃ ex sola lectio
ne nisi assit grã illustratrix creatrix
viuificatrixq; virtutũ credat hoĩem
posse fieri sapientem? ¶ Cplm x.
Omnes scripturas esse legendas
et de bñdictione q̃ primigenijs data
est. et filijs noe. ⁊ q; rationi aucto
ritas nulli9 gentiliũ preiudicet.

OMnes tamẽ scripturas le
gendas esse ꝓbabile est. ni
si sint reprobate lectioĩs cũ
omnia nõ modo q̃ scripta. s; etiã que
facta sũt ad vtilitatẽ hominis (licet
eis abutatur iterdũ) instituta credã
tur. Nam ⁊ angeli quodam modo
propter animã. ⁊ mundus corpore
us secundũ assertionem patrum ad
corporis vsũ institutus est Ab initio
benedixit deus homini dicẽs Cres
cite et multiplicamini. ⁊ replete ter
ram. et subicite eam. ⁊ dominamini
piscibus maris ⁊ volatilibus celi et
vniuersis animãtibus que mouen
tur super terram Et adiecẽs. omnẽ
herbam afferentẽ semen. et vniuer
sa ligna in vsu suo (Nam a carnis
edulio ante diluuiũ credũtur absti
nuisse) concessit eis in cibũ Illis quo
q; quos a peste diluuij archa prefi
guratrix ecclesie liberauerat. bene
dixit et legem dedit dicens. crescite
et multiplicamini et replete terrã ⁊
terror vester ac tremor sit sup cũcta
aĩalia terre ⁊ sup oẽs volucres celi
cũ vniũsis q̃ mouẽtur in terra Oẽs
pisces maris manui vrẽ traditi sunt
et omne quod mouetur et viuit:
erit vobis in cibum Quasi olera vi
rentia tradidi vobis omnia. excep
to / q; carnem cum sanguine non co
medetis ¶ Ecce quia primigenis
et filijs noe eadẽ bñdictiõis collata
est grã. eadẽ auctoritas dignitatis ea
dem ⁊ aborũ fere cõcessa est indulgen
tia. augmẽtũ naq; ⁊ multiplicatio /
grẽ dilatatioẽ; exprimit / dñium tre.
bestiarũ terror. priuilegiũ potestatis

victualium vniuerſitas. eſt indiciū
libertatis Omnia ſiquidem munda
mundis Nec tempo huius benedic
tionis priuilegium alio indultum
tempore q̄ꝫ quo innocencia per crea
tionem data eſt. aut per medicinam
ſacramēti vel penitentie reparata.
Nam et hijs ſtatim poſt diluuium
⁊ illis āte peccatum ideo forte dictū
eſt creſcite et multiplicamini. vt illi
us dumtaxat augmentum et mul
tiplicatio acquiratur/ qđ deꝰ homi
ni contulit ꝑ naturam aut reforma
uit per graciam. Hic autem et creſ
cere iubetur in ſe ⁊ quodāmodo mul
tiplicari in ſobole. In ſe quidem ad
meriti profectū In ſobole numeroſa
quadam propagacione virtutum.
Cum vero natura ſit viciata ꝑ cul
pam/ vt creſcere et multiplicari iube
atur non memini. Licet autem que
premiſſa ſunt ſtare queant ad litte
ram. cum omnia in vſum vite ho
minis cedant. et ea ipſa que viden
tur eſſe mortifera eciam viſu odora
tu. auditu/ ne dum tactu vel guſtu.
qualia ſunt nocencius veneноſa. ci
bus ſint hominis. aut eius vertan
tur in cibum. Poterit tamen et ali
um ſenſum ſcrutator miſticus inue
nire. Senſum tamen hyſtoriacū co
borat. q̄ꝫ piſces ſaniſſimos. ⁊ feras
quarū carnes vtiliſſime ſūt. videmꝰ
crebro venenatiſſima reptilia deuo
rarē. ⁊ ipſa venena inſeruitur medica
mētis. quibꝰ non mō natura ſuſten
tatur humana. ſed eciā īfirmitas ꝯ
ualeſcit. Cū vero p̄mū ſit exaudiēc
dus ſenſus hyſtoricꝰ. quicūqꝫ aīm
vł ad fidē. vel ad opa fidei que ſūt

boni mores magꝭ informat. lauda
bilior et plane vtilior eſt. Hoc enī
lectione ſemꝑ querendū eſt. ut hō ſe
ipō melior iugiter fiat. Verū cum
lrā precedēs vtiliter ad multa poſ
ſit referri. ⁊ ad hoc poſſe aptari con
ſentio. vt ꝑ grāꝫ ex benedictione dei
collatā/ ad virtutis incrementum ⁊
multiplicationē/ liberū exercetur ar
bitriū. ⁊ virtutibus multiplicatꝭ ꝑ
grām/ adiciatur ſubiectio terre. quā
cum inſeipō homo ſubiecerit/ domi
niū ſui aliorꝫqꝫ ꝯſequitur. vt cūctis
animātibꝰ p̄latus. timorē et tremo
rem inciciat omnibꝰ que mouentur
in terra Dūt ergo ei cūcta in cibū.
quia in omnibꝰ creaturis/ ei v̄ba ſa
lutis ſue loquitur dn̄s. plone cibaꝭ
in cunctis/ quibꝰ ad vitam/ aut mo
res ꝯponendos/ vita hominis ꝑfi
cit Conſtat enī q̄ꝫ omnis edificatio
morum a dn̄o eſt. ⁊ cum quis ad v̄
tutem aut ab ope aut a verbo. aut
quocūqꝫ modo inſtruitur/ ꝯceſſis ſi
bi a domino vtiliter cibaꝭ. Omnis
enim inſtructio ſalutis quodammo
do v̄bū dei eſt. et a quocūqꝫ veritas
doctrine profertur acceptanda eſt/
eo q̄ꝫ veritas incorrupta ſemꝑ et in
corruptibilis eſt ante diluuiū ⁊ poſt
dum ſanguine in quo ſedes eſt ani
me abſtineretur. conceſſus eſt omni
um vſus. ⁊ ante baptiſmum ⁊ poſt.
dummodo peccatum vitet nemo vn
decūqꝫ inſtrui prohibetur. Di apoſ
tolꝰ eſt aliquibꝰ odor mortis ī mor
tem quid prohibet et vaſa mortis
alicui prodeſſe ad vitam. Cum
ergo dicitur quicquid vis preter
ſanguinem comedes. perinde eſt.

ac ſi quadā ẏmagine dicatur. dum
modo vicia fugias quod volueris le
ge. Dicit i eſaias carnalibus quedā
ſunt que digeruntur utiliter/quedā
vertuntur in crudos humores: alia
ꝑ vim expulſiuā eiciūtur omnino.
quedā ſunt que ſanis ſi tamen mo
deſte ſumantur conferūt. ⁊ obſunt
egrotatiuis. quedā debilioribus ſa
niūt minus tamen conducunt ſanis
et ſanatiuis. Nā hec ipſa nō adeo
naturā roborāt delicatiora ſi quidē
minus nutriūt magis comunia et
alimenti vt ita dixerī pinguioris.
ſic ⁊ in libris ſunt que omnibꝰ pro
ſunt/dū tamen legantur modeſtia
diſpenſāte/vt que nichil continent
niſi edificationē fidei et morū: ſunt
que ſolidioribus animus faciāt/ ha
bēda quidē procul a lectione ſimpli
ciū. ſunt que natura bone mētis om
nino eiciāt. ſūt que digerant in vſū
morū aut eloquētie. ſunt que indu
rent aīam/et in fide et bonis operi
bus ſolā faciant cruditatē. Vix aūt
inuenietur ſcriptū in quo ſi non in ſē
ſu/vel in verbis/non reperiatur aliq̄d
quod vel prudens lector emittit
Ceterū libri catholici tutius legū
tur et cautius. ⁊ gentiles ſimplici
bus periculoſius patent. ſed in vtriſ
q̄ exercitati fidelioribus ingenijs vti
liſſimū eſt. Nam exquiſita lectio ſin
gulorū doctiſſimū. cauta electio me
liorū optimū facit. Vt eni in libro
ſaturnaliorū. ⁊ in epiſtolis ſenece
ad luciliū legitur. Apes quodāmo
do debemus imitari que vagantur
⁊ flores carpunt. deinde quicquid
attulere/diſponūt. ⁊ per fauos di
uidūt. ⁊ ſuccū variū in vnū ſaporē
mixtura quadā/ex proprietate ſpiri
tus ſui/mutant. ¶ Nos quoq̄ quic
quid diuerſa lectiōe queſiuimꝰ / cō
uertamꝰ in vſū virtutis. vt omnia
in ordinē gerendorū / rationis iudi
cio digerēte/coaleſcāt. Nā ⁊ in aīo
melius diſtincta ſeruātur ⁊ ipſa diſ
tinctio nō ſine quodā fermento quo
conditur vniuerſitas/in vnius ſapo
ris vſū varia libamenta confundit.
vt etiā ſi apparuerit vnde ſūptū ſit.
aliud tamen eſſe q̄ꝫ vnde ſumptū
noſcetur appareat. quod et in cor
pore noſtro facere videmꝰ ſine om
ni opera noſtra naturā. Alimenta
que accipimus q̄ꝫ diu in ſua qualita
te perſeuerāt. ⁊ ſolida innatant/ma
lo ſtomacho oneri ſunt. At cum ex
eo quod erant/mutata ſunt. tūc de
mū in vires tranſeūt. Sanguis ex
diuino mandato diduatur. dum vi
cia declinantur. Paſtor eccleſie rep
tilia et īmunda mactare precipitur.
et comedere. Quod licet ad vocatio
nē gentiū proprie referatur. vel ex
empli cōformitate docere poteſt. vt
iugulatis erroribus gentilium dog
mata nequaq̄ꝫ horreamꝰ. Dum in
nocentiā. frugalitatē. cōtemptū mū
di docent. pythagorica audiantur.
dum animas quas in celū euexerīt
retrudunt in corpora beſtiarū. iugu
letur vel plato. Nā in eo pithago
rā nimis ſecutus eſt. q̄ꝫ ſicut mortu
os ex viuis. ita ex mortuis reciꝓro
ce viuos fieri docuit. ⁊ per varia
corpora pro morum qualitate mi
grare. Unde illud. Ipſe ego iam
memini troiani tempore belli. pan

toꝛides enſoꝛbꝰ erā cū pectoꝛe leuoꝛ
heſit ab aduerſo grauis haſta mino
tꝛatrice Hic ergo legātur vt auc
toꝛitas non ꝑiudicet racōni Nam
⁊ vrtica dū roſa legit̄ · q̄nq₃ manū
tangentis vrit ¶ Sapientia ſiqui
dē eſt fons quidā de quo egrediūtur
flumina q̄ irrigant omnē terrā · et
nō modo cetū delicatū diuine pagi
ne replent · ſed eciā ad gentes ꝑtrā
ſeunt · vt nec eciā ethiopibus omni
no deſint Inde ſūt floꝛidi · redolētes
⁊ fructiferi orti gentiū · Quos ſi foꝛ
te ſimplex lectoꝛ ingredit̄ ſemꝑ poe
ciā illiꝰ meminerit Qui legitis flo
res · ⁊ humi naſcentia fraga · Fugi
dꝰ o pueri fugite hinc latet anguis
in herba · Nam et poma heſperidū
q̄ draco ꝑuigil ſeruat · nullꝰ aſpoꝛ
tat ignauꝰ · aut qui ſcripturas non
quaſi vigilās legerit · ſed q̄ſi doꝛmi
tans ſompniauerit · ac ſi ad finem
legendoꝝ vtēs calcaribꝰ ꝓperet ·
Certū eſt quia fidelis lectoꝛ ⁊ pru
dens · ⁊ qui litteris ex amoꝛe īuigi
lat · vicia ſemꝑ excludit ⁊ ī omnibꝰ
accedit ad vitā Hinc eſt illud docto
ris doctoꝛum iheronimi · Ama ſci
entiam ſcripturarum ⁊ carnis vicia
non amabis

¶ Capitulū vndecimum · Quid
ſit verꝰ philoſophans ⁊ ad quem fi
nem omnium ſcripturarum vergat
intentio

HOc aūt vera philoſopha
ri eſt · ⁊ hic eſt multe lectio
nis iocundiſſimꝰ et ſaluber
rimꝰ fructꝰ · Ipa ſiquidē oīm rerū cō
tinet diſciplinā · ⁊ oīm moderatur
vniuerſis humane vite actibꝰ / ⁊ v̄
bis / ⁊ cogitatōibꝰ / modū ⁊ termi
nos ipa cōſtituit · Eſt tn̄ cui nec ip
ſa nouit terminū ꝑfinire Eſt cui in
eo ꝑſcribit modū vt nō habeat mo
dum · Quicquid agit aut loquit̄ / il
luc tendit / qd̄ apud recte philoſophā
tes nō habet terminū · Nam ⁊ eiꝰ
ſubſtācia in eo conſiſtit vt illud neq̄
q̄ꝫ terminet̄ · Si enim ſcdm plato
nem philoſophꝰ amatoꝛ dei ē · quid
aliud ē philoſophia niſi diuinitatꝭ
amoꝛ ? Hoc ē vtiq₃ qd̄ terminari
nō vult ne et ipſa qd̄ nō expedit fi
niatur Qd̄ enī finitur eſſe deſinit ·
⁊ ſi amoꝛ dei extinguit̄ / philoſophi
e nomē euaneſcit · Hic et incarnata
ſapiētia dei · cū multis ꝑſcribat mo
dū / deū ſine modo ꝓcepit diligēdū /
niſi q2 caritati modꝰ ille ꝑſcribitur ·
vt deꝰ ſn̄ termino amoꝛis diligat̄
Qui enī ait diliges ꝓximū ſicut te
ipm̄ : idem ꝓmiſit · diliges dn̄m de
um tuum ex toto coꝛde tuo ex tota
mēte tua · ⁊ ex totis viribꝰ tuis Idē
quoq₃ adiecit · In hiis duobꝰ ꝓcep
tis pēdet tota lex ⁊ ꝓphete · Si er
go oīa que ſcripta ſunt ꝓphis famu
lantur ⁊ legi · i · ſi omnis doctrina il
luc tendit vt hō ſubiectꝰ ſit legi dei
quis ambigit ad regnū caritatꝭ vni
uerſa referri ? Qui vero philoſophā
do caritatem acquirit aut dilatat /
ſūmum philoſophantis aſſecutus
eſt finē ¶ Hec eſt itaq₃ vera ⁊ imu
tabilis philoſophanciū regula · vt
ſic in omnibꝰ legēdis aut diſcēdis
agēdis / ꝗ omittēdis q̄ſq₃ vſcē · vt
ꝓficiat caritati Ipa vo nūq̄ꝫ ianis
aut ſola eſt · ſꝫ honeſtatem · modeſti
am cum ſobrietate · pudiciciam et

aliarũ venerabiliũ virtutũ cetũ in
ipſũ hoīem quē pietati ꝯſecrat· q̄ſi
in templũ domini introducat· Quic
quid aliorſũ vergit in artibus/ſiue
quibuſcꝫ ſcripturis· nō philoſophie
dogmata/ſed inanes fabule ſunt· ⁊
figmenta eoꝝ ſuper quoꝝ impieta
te ira dei de celo reuelatur/quicquid
illi garriant recte philoſophanti in
eptũ videtur inſipidũ et inſulſũ· Au
di non me· ſed prophetā dicentē de
talibus· Narrauerũt michi iniqui
fabulationes ſed non vt lex tua Lo
qui ergo vera ⁊ iuſta/philoſophan
tibus ⁊ non philoſophātibus comu
ne eſt· vera ⁊ falſa loqui· bona doce
re ⁊ mala: nō philoſophātiũ eſt Dꝫ
⁊ rcā dũtaxat īterdũ docet van9 phi
imitatoꝛ· ſꝫ q̄ recta q̄ docet ſeq̄t̃· vere
phs ē ¶ Ca^m xij· De īepcijs nu
gatoꝝ q̄ ſapiām v̄ba putāt ⁊ ꝙ alr̄
legēdi ſint libri diui· alit̃ gētiles·

Errant vtiqꝫ ⁊ impudenter
errāt qui philoſophiā in ſo
lis verbis conſiſtere opinā
tur· errāt qui virtutē verba putāt·
vt lucū ligna Nam virtutis cōmen
datio conſiſtit ab opere· ⁊ ſapientiā
virtus inſeparabilit̃ comitatur Vn
de conſtat quia illi qui verbis inhe
rent· malunt videri ꝙ eſſe ſapiētes
Plateas circūeunt· terunt limina
doctioꝛũ· queſtiūculas mouent· /in
tricant verba: vt ſuũ ⁊ alienũ ob
ducāt ſenſũ· paratioꝛes ventilare ꝙ
examinare· ſi q̄d difficultatis emer
ſit/ verentur tamen prodere imperi
tiā ſuā / iactatoꝛes ſapientie non a
matoꝛes· et id quod neſciūt prauo
pudoꝛe neſcire· ꝙ q̄rere ⁊ diſcere ma
lunt· preſertī ſi aſſint alij quib9 no
tũ arbitrentur quod ipſi neſciunt /
Faſtũ tamen eoꝛũ ferre non poterꝭ
De omni materia loquũtur/ſubito
diiudicant omnes· alios culpant· ſe
ipſos predicant· iactant ſe īueniſſe
de nouo quod tritũ eſt ab ātiquis·
et teſtimonio libꝛoꝛũ ꝑ etates mul
tas ad tempoꝛa noſtra perductum·
Verba multiplicant· vt ſepe min9
intellecti ſint onere et multitudine
verboꝛũ: ꝙ rerũ difficultate ¶ Cũ
enī ne intelligeretur efficiat/arbitra
tur ſe meruiſſe· vt pre ceteris philo
ſophus videatur· et ſepe qui pauciſ
ſima nouit pꝛoponit plurima: que
nec ipē pithagoꝛas ſufficeret expla
nare· Interdũ eadē replicant· ⁊ reuol
uit· et q2 nō habet quo diuertat la
boꝛat miſere· Idē terit et eaſdē circū
nat auras Dũ eum pꝛocul audis·
terciũ cathonē e celo miraberis ceci
diſſe· Quelibet enī hoīem attuliſſe
videbitur ¶ Si profeſſionē queris
aut artē: eſt grāmatic9 rethoꝛ· geo
met̃· pictoꝛ· aliptes· augur· cenoba
tes· medic9· mag9 Omnia nouit·
⁊ eſuriente grecuło longe pꝛeſtanti
or· Nā ⁊ ſi iuſſeris ibit in celũ· ⁊ de
dalo doctioꝛ teipſũ quo volucris in co
lumē per mare traiiciet Accede vt do
ceas q̄d in ſcriptis ſuis doctoꝛes ſē
ſerīt diligent̃ inq̄re· excute lrām· ſta
tim increpabit durīciā tuā· ⁊ aſino ar
chadie te dicet tardioꝛē Plũbo ebe
tioꝛ es dũ quid latet in lrā interro
gas· littera inutilis eſt· nec curādũ
eſt quid loquatur· Si inſtas/mo
nebens fugere· qm̄ pernicioſa eſt et
occidit Caue ne ſerpēs ſis· q̄ terrā

comedit omnibus diebus vite ſue·
aut ludendum aut fabulandū ⁊ aut
diſceptandum eſt tibi· Nā qui ver
boſioꝛ eſt·videtur doctioꝛ Nec curā
dū eſt vnde aut quid de quo ſentiat
aut ꝓferat aliquis dum loquatur·
Nec refert qua quiſqꝫ ratiōe nitat̄
dū non inſtantiam ſed vmbꝛā eius
quiſqꝫ dare ſufficiat · Quid verum
aut falſū · ꝙ ꝓbabile aut non ꝓba
bile ſit·fruſtra queritur cū omnibꝰ
ymago ꝓbabiliū p̄feratur· Statue
quod volueris· ſtatī illud aliqua ſili
tudo euacuat· Nā qꝺ obtines in v
no ſimili· vel nōl in aliquo obtine
bit· Cōſtat tamē qꝺ verō ſimile eſt
non ſtatim eſſe verum·⁊ qꝺ falſum
videtur nō ſꝑ eſſe falſū Si ꝓpoſita
tū ſimiliū diſſimilitudinē niteris a
perire rem inanē aggrederis· aut cī
te vel clamoꝛe ꝑpediet· aut ſupflua
operam deridebit·cū oīm ſimiliū ali
quā eſſe diſſimilitudinē opoꝛteat ·
Alioquin nō tam ſimilia ꝙ eadem
merito eſſe dicentur · docere cur ita
nō ſit nonmodo friuolū·ſed irriſiōe
digniſſimū iudicatur· Statī queri
tur an velis ꝯcionari· dicit ſe vt pe
ripatheticū nō emargoꝛeū audiat
ꝯueniſſe· cū tamē deambulatione
⁊ circuitione viarū potius ꝙ diligē
ti inquiſitione rerū peripatheticos
imitetur· ¶ Si tamen hec ad copi
am eloquētie comparandam exerce
atur diſceptatio ⁊ ſimilia ⁊ diſſimi
lia conquirantur· exerciciū quidem
laudabile eſt· ⁊ quo aliud eſſe condu
cibiliꝰ iuuentuti nō facile dixerim·
dummodo fallaciarū nube multipli
ci ſibi nequaꝙ oculos ꝑſtringi pati

antur· Nichil enī vtiliꝰ· nichil ad
gloriā aut res acquirendas cōmodi
us iuuētuti/ꝙ eloquentia/ q̄ ex ea
plurimū ꝯparatur ſi rerū in mente·⁊
in oꝛe copia ſit verboꝛū· Verba nā
qꝫ ꝓferre rebus incognitis · deſipiē
tis potiꝰ ꝙ docentis eſt/ aut diſcen
tis· Multos videbis huiuſmodi qui
totū longo detinent ſermone diem
⁊ nichil omnino dicit aut minimū
Tu defeſſus es audiendo/⁊ is ni
ſi verboſioꝛ eſſet/loquendo ꝑfatiga
ri potuerat·quo tamē tēdat· aut q̄d
velit nondū intelligis· Tu finem
expectas·ille nondū iniciū fecit Pre
fer tamē vt videas qua exiturus ſit
Recollige tandē que cōtexuit ⁊ oc
currēt tibi velut egri ſompnia va
nas fingēt̄ ſpecies· vt nec pes nec
caput vni reddatur foꝛme· Turba
ti cerebꝛi hominem credas· ⁊ qui ex
defectu rationis linguam continere
non poſſit· Putes eum noctes cōti
nuare inſompnes· ⁊ ſopita ratione
melācoliā ſolā in eo excitatam·
Si foꝛte miſeratiōe ductꝰ ei modeſ
tiam ꝑſuaſeris ſuccendetur·⁊ queli
bet in quēuis finget obpꝛobꝛia·cū
patientibꝰ/et deridētibꝰ eque cōuici
abitur· nec amicus nec hoſtis ab
eo niſi conſputus abſcedat· Si ce
piſti ꝓferas neceſſe eſt· aut pꝛocā
cis lingue ſuſtinebis iniurias· De
ſiſte ergo niſi ſoꝛdida lingua malu
eris inquinari · Nam et immunda
quo magis mouētur eo plus fetēt
Viri pꝛudentis dictum agnoſces·
quia veſanum tetigiſſe timent· fu
giuntqꝫ poetam· qui ſapiunt agi
tant pueri · incautiqꝫ ſequuntur·

Licet autem apud priuatos aut
ſeno vinctos. homo huiuſmodi rec
tiſſime videatur inutilis. commodus
tamen eſt in cetu multitudinis que
hilaritatis ⁊ iocularis leticie mate
ria gaudet / optimū enim inſtrumē
tum eſt ad riſus conciliandos / ⁊ effi
cacior. quo vis mimo. Ut venenū
ei9 effugias / patientiā indicas auri
bus. morē geras inſano qui nulli p̄
cit. ⁊ ſi eum forte vis reprimere be
nigniſſime obſecra. vt i docēdo. aut
diſputando / ſentētie plus apponat /
⁊ eam verboꝝ deductione compen
ſet. Nam qui verba reb9. ⁊ res tem
poris oportunitati cōtemperat / mo
deſtiſſimam tocius eloquentie regu
lam tenet. Illa vero copia laudem
parit / cui veritas / virtuti ⁊ oīb9 offi
cijs amicicia cōſentit. Multa ſiquidē
⁊ fallaciter loqui. nugigeruli eſt. et
famā oīno negligētis. ⁊ i ſe / viroꝝ
grauiū prouocantis odiū et ꝯtemp
tum. Nam et ſpūs / ſapiētie auctor
eſt. qꝛ qui ſophiſtice loquitur odibi
lis eſt. Non mediocris tn̄ vtilitas
eſt in dep̄hendēdis importunitati
bus ſophiſticis ſine quarū noticia q̄ſ
quis ad examinationē veri ⁊ falſi
ventilationem ꝓgreditur / quaſi mi
les inutilis. qui aduerſus exercita
tum et īſtructū hoſtem ꝓcedit exar
matus. Licet ergo ad exerciciū
colloquentem vicīſſim fallere. ⁊ q̄ſi
in campi doctoꝝ ſcola inter aueſio
culatē miliciā exercere. Sed vbi ſe
colloquentiū intentio ad ph̄ie ſobri
etatē erigit: importunitates ſophiſ
tice deliteſcūt. Et ſi forte ab alter
utra parte emerſerit. ſic a ſapien
tibus corripiuntur / ſicut in re publi
ca / inter contrahētes dol9 malignā
tiū coheretur. Ceterū verba reb9
res temporib9 cōtemperate. ⁊ inter
uenientes fallacias prudēter argu
ere. nō paucoꝝ dictū eſt aut leuis
opera. Unde plurimi accedētes abe
unt retrorſum. et aliquā veſtiū ph̄ie
portiunculā p̄ferētes gloriantur a
pud indoctos. ac ſi in iuriſdictionē
eorum tota ceſſiſſent. Ut eni ait q̄
dam verbis nāqꝫ manentib9 nomē
excidit. Garcio quiſꝫ duas poſtq̄
ſcit iungere partes. ſic ſtat ſic loquit̄
velut / oīs nouerit artes. De ge
neribus et ſpeciebus noua affert ſē
tentiam. q̄ boeciū latuit quā doct9
plato neſciuit. ⁊ quā iſte felici forte
i ſecretis ariſtotilis nup̄ inuenit. De
terē paratus eſt ſoluere queſtionem
in qua laborans mūdus iam ſenu
it. in qua plus temporis cōſumptū
eſt q̄ in acquirendo ⁊ regēdo orbis
imperio conſumpſit ceſarea domus.
plus effuſum pecunie: q̄ in omni
bus diuicijs ſuis poſſederit creſus.
Hec enim tam diu multos tenuit:
vt cum hoc vnū in tota vita quere
rent. tandem nec iſtud nec aliud in
uenirent. Et forte ideo quia curio
ſitati non ſufficiebat in eis qđ ſolū
potuit inueniri. Nā ſicut i vmbra cu
iuſlibet corporis fruſtra ſoliditas ſba q̄
rit. ſic i hijs q̄ intelligibilia ſūt dū tax
at: ⁊ vniūſalit ꝯcipi. n̄ vniūſalit ee
q̄ūt. ſoliditeris exiſtētie ſba neq̄q̄ i
uenit. In hijs etatē terere nichil agē
tis ⁊ fruſtra laborātis ē. Nebule ſiq̄
dē ſūt rerū fugatiū. ⁊ cū q̄rūt auidi
us: cici9 euaneſcūt. Expediūt hāc

auctores multis modis· varijs̄ ser
monibꝰ· Et dū indifferenter verbis
vsi sunt: varias opiniones inueniē
rusi sunt· ⁊ litigiosis hominibꝰ mul
tam contēdendi materiā reliquerūt
Inde est quod sensibilibꝰ alijs ꝗ sin
gularibꝰ apphensis quoniam hec
sola veraciter esse dicitur· ea in diuī
sos status subuehit pro quoꝝ rati
one ī ipīs singularibꝰ specialissima
generalissimaꝗ ꝯstituit· Sūt q̄
more mathematicoꝝ formas abs
trahūt· Et ad illos quicquid de vni
uersitatibus dicitur referunt· Alij
discutiūt intellcūs· ⁊ eos vniuersa
liū nominibꝰ censeri cōfirmant Fue
rūtꝗ ⁊ qui voces ipās genera dice
rent esse ⁊ species· Sꝫ eorum iam ex
plosa sententia est· ⁊ facile cū aucto
re suo euanuit· Sūt tamen adhuc q̄
deꝑhendūtur in vestigijs eoꝝ· licet
erubescant auctorem· vel sniām pro
fitea· solis nomībꝰ inherentes· Qd̄
rebꝰ ⁊ intellectibꝰ subtrahūt/ sermo
nibꝰ ascribūt Magno se quisꝗ tue
tur iudice· ⁊ ex verbis auctorū qui
indifferenter noīa pro rebꝰ· vel res
pro nominibꝰ posuerūt suā astruit
sentētiam vel errorem· Oriūtur hic
magna seminaria iurgioꝝ· ⁊ colli
git quisꝗ quo suā possit heresim cō
firmare· A generibꝰ ⁊ speciebꝰ neq̄
ꝗꝗ receditur· sed eo applicabit vnde
cūꝗ sit sermo institutus· Poeticā
illū te subito mirabere inuenisse pic
torem qui ad oīa que necessitas ex
igit scit fortasse simulare cupssum·
Desipit ita rufus· in venia a qua
enim teste coquo nullꝰ casꝰ euertit
Nam quicquid agit rufus nichil ē
nisi venia rufo· Si gaudet· si flet· si
tacet· / aut loquitur· Cenat propi
nat· poscit· negat· innuit· vna/ est·
venia· si nō sit venia mutꝰ erit Res il
la ad pbandū videtur aptior ī qua
liberior est licentia fingēdi quod ve
lueris· Et minor ē ex rei difficultate
aut disceptātiū imperitia certitudo
Sepe sicut ad hostem impediendū
facilꝰ salebras ⁊ angustias transe
undi miles cautꝰ obseruat· sic diffi
ciles quis aut a scripturis aut a ra
tionibꝰ excitat questiones aut si ali
ud ꝓpositum est· ex īdustria in eas
quasi ex incidenti ꝓlabitur· Et si sa
tisfacere non sufficias· qꝛ nemo est q̄
oīa que etiam ab imperitis queruntur
tur sufficiat explanare statim annu
it oculis/ distorquet vultū· brachia
iactat· clamat salit· ⁊ transfigurat
gestibꝰ· q̄ in quouis hystrione vel
mimo videātur inepti Nō vtiꝗ sa
tisfacies/ nisi ei respondeas verbis
suis· ⁊ id tantum dicas quod cōsue
uit audire· Ipse tamen licet scrupu
losior sit· vacuus est solutionis igna
rus· In vno tamē sibi forte ꝓspex
it cautiꝰ· quod in marsupio / oīa q̄
bꝰ inflatur ingessit· Facile tamen Et
quasi acu vesicā hanc pforando· q̄c
quid loquacitatis in follibꝰ impiti gut
turis resonabat interdū vno sapien
tis verbulo conq̄escet· Nec illos ad
pbandū crediderī aptiores· qui oī
verbulo lōgam orōnē obiciūt· ac si
ad oīa q̄ q̄rit ē sermo sit ad ꝓplū fa
ciendꝰ Regulariter siq̄dē pditū ē q̄ q̄
plus vel minꝰ reddet q̄ ab eo q̄rit
lineā rōē disputādi ignorat Cete
rū cū q̄s doctꝰ est· illa sūt dicenda·

dumtaxat que ſolutionis ꝓpoſitoꝝ
ãminiculum preſtant Unde illos q̄
in ſingulis legunt omnia / et dū v
nū q̄ritur nitūtur oīa expedire pla
nū eſt recte docentiū formulam non
tenere. Aut enim neſciūt quis ſit.
recte docēdi mod9. aut diſſimulatio
ne officij vendicāt forte ingenia ſu
a Et vt ait cicero. nō quid ꝓpoſita
diſciplina: ſ3 quid ipī poſſint oſten
tant. Qui ergo porphiriū omnib9
phie ꝑtibus replent. introducēdoꝝ
obtūdūt ingenia. turbant memoriā
et qui inſtituend9 erat tanta graui
tate cōuincūt. vt on9 reputet impoſ
tabile quod ſuſcepit. ¶ Diuine pa
gine libros quoꝝ ſinguli apices di
uinis pleni ſunt ſacramentis / tāta
grauitate. legendos forte conceſſerī
eo ꝙ theſaurus ſpūs ſācti cui9 digi
to ſcripti ſunt. oīno nequeāt exhau
riri Licet enī ad vnū tantūmō ſenſū
accommodata ſit ſuperficies littere.
multiplicitas miſterioꝝ intrinſec9
latet. et ab eadē re ſepe / allegoria fi
dem / tropologia mores / varijs mo
dis edificet. Anagoge quoq3 multi
pliciter ſurſum ducit. vt littera non
modo verbis ſed reb9 ipīs inſtituat
At in liberalib9 diſciplinis vbi non
res. ſ3 dumtaxat verba ſignificāt.
q̄ſquis primo ſenſu littere contēt9
nō eſt aberrare videtur michi / aut
ab intelligentia veritatis quo diuti
us teneantur ſe velle ſuos abduce
re auditores. Plane porphiriolū in
eptū credo. ſi ita ſcripſit. vt ſenſus
eius ītelligi neq̄at. niſi ariſtotile
platone ⁊ plotino prelectis. Uale
at / quicūq3 me in aliquam diſcipli

nam diſponit introducere compen
dio tali. Ego ſiquidem illū ſequar
